

G V L I E L M I

B V D A E I C O N S U

L I A R I I R E G I I, L I *

B E L L O R V M Q V E

magistri in Pre-

torio,

*

Altera editio Annotationum


in Pandectas.



APVD SEB. GRYPHIUM

L V G D V N I,

1546.



G V L I E L M I

B V D A E I C O N S I

L I A R I I R E G I I, L I

B E L L O R V M Q V E

magistri in Pre-

torio,

*

*Altera editio Annotationum
in Pandectas.*



APVD SEB. GRYPHIVM

L V G D V N I,

1546.

G V L I E L M V S B V

DAEVS DAVIDI BVRE-
SIO CONSILIARIO RE-
GIO IN CVRIA RO-
THOMAGENSI

S A L.

*



V V M certo pridem meditatoq;
proposito David Buresi, uitam ita
instituissem, ut mihi nec uxore,
nec liberis, nec curis uacanti dome-
sticis, nec ceteris studiorum auo-
camentis, studioso tamen perinde
esse uacaret: ipse necopinato fato
inde abreptus, diuq; ac multum aulicis auris usdem eua-
riantibus iactatus atque exagitatus, aliquot annos uitae
sollicita quadam in inertia dicam an immunitate? transegi.
in eius inquam operis immunitate, uitam egi aliquandiu,
quo opere animus meus in secessus otio, priuataeq; uitae
tranquillitate pasci ac uegetari solebat, ut ambrosia qua-
dam mentium abstrusarum, ac sibi uiuentium. Nuper
autem mihi conuerso penè euentu, oblata uel reuisendi do-
mum uel remigrandi occasione, cetera quidem ingemi-
scens, id demum, ut in rebus tantum non comploratis
(quae tunc erat hominum opinio) libens hilarisq; accepi
quod dabatur. feci etiam cupidissime, ut etsi ad ordinem
ampliozem interea transire mihi benignitate regia con-
tigerat, eandem haud secus uoluntatem, idem uitae exi-
genda institutum, animi destinatione retinerem. quanquam
nunc foro operam danti quotidianam, non aequè ani-

4
mo indulgendi, libertas constat & prolixitas, atque mihi ante cōstitit in sinu commentanti Philologia. Reddere igitur animum sibi, meq; literarum cultui, uelle cœperam: quando tum primum id licere tanto interuallo cœperat. Id uerò quo minus expeditè, atque ex sententia facerem longioris uocationis licentia, dissolutaq; remissio animi nō leuiter obstabat. imperatas enim operas ipse animus non eodem obsequio accipere obireq; poterat. Id quidem incōmodum aliquantisper negotium mihi exhibuit, instauratiuam commentandi rationem inire cogitanti. quoad sensim acrius mecum acriusq; agendo, eò aliquando perductus sum, ut commentariorum ueluti syluas carie iam & situ squallidas percutere instituerem, si quid inde fortè exire posset, quod priora nostra eodem tenore subsequeretur, consimiliq; fauore. Huic rei accincto, incumbentiq; forulisq; perscrutandis, exeuntes inde in primis Annotationum reliquæ, utcunque olim collectæ ex animaduersionibus in Pandectas, argumentum mihi suppeditare uisæ sunt, animum ad uetera (quod aiunt) præsepia quoquo modo ad molendi. Fore enim arbitrabar, si pristinum tandem pabulum agnouisset, tum denique ut peregrè nos rediisse hominibus nostris ostenderemus, studiosis etiam quibusdam ut iuuenibus desiderium nostri minueremus. At uerò ut ab hoc primum opere desitum institutum redaspicarer, contraquam testatione consignata non semel (ut opinor) facturum me dixeram, homines non pauci in causa mihi fuerunt: quorum in occurso flagitationes præcidere, tanti utiq; esse putauit, & tanquam non præstite pollicitationis exprobrationes tacitas, ut ab inconstantia semel ego malè audire mallet, quàm semper eo nomine nequicquam interpellari. Simul rem pro derelicto habitam & expositam, repetere
me deb

5
me debere tollereq; aiebant, quum nullus eam sustulisse adhuc uideri uellet: nempe ut ieiuni argumenti atque aridi materiam ad doctrinam commendandam, nomenq; illustrandum hominis paulo ingeniosioris. Neque enim aliud cause fuisse reor, quòd res in medio posita, a nullo non neglecta adhuc esse uideatur. Proinde seu publicè seu priuatim ea de re appellatus, quasi sartorum iuris tectorumq; redemptor, tametsi sæpius cōluctione renuntiata: hoc quicquid est, desungendi gratia dependendum esse putauit: atque ut semel id nomen mihi expungeretur, quod iam diu pro inani irritoq; haberi in tabulis publicatis mecum ipse ratiocinabar, ob ea quæ supra dixi. Id uerò Buresi suauissime, cum pro nostra amicitia mutuis inter nos officijs, tuis longè commendabilioribus confirmata: tum uerò doctrinæ tuæ merito in utraque lingua nō mediocris, ut parcijsimè loquar, tuis uelut auspicijs editum peruulgatumq; uolui. Caterum & à te, & ab optimo quoque doctrinæ elegantioris in iurisdictione retinentium, aut si quis est unus in primis, qui publicam uicem amplius te lætetur doleat ue, ob lectionem iuris disciplinamq; rectè secus ue constitutam: ab eo quasi ab actore publico, studiosaq; nationis cognitore: hoc mihi non ineptè (ut opinor) cauero: neminem eo nomine à me quicquam amplius petiturum. etiã si in ære fortasse est adhuc nostro nonnihil quod dissolucere possimus, si summo iure nobiscum homines experiri pergerent. Nam cum ægrè debitum agnouerim, quod acceptum mihi esse latum non ab re existimabam: uix est ut bonam aliquam operam in reliquum nauare queam, quod iam è manibus abieci. Et moribus ita comparatum esse nosti: ut qui tarda nomina sæpius appellando eaq; ancipitia, habere se experti fuerint & meminerint eorum, si partem fortè

fortuna non minimam in praesens abstulerint, in reliqua ne magnopere solliciti ferè sint, eorum etiam rationem nullam ut propemodum habeant. Vale. Parisijs, octavo Calend. Iunias, M. CCCC. XXVI.

A N N O T A -
T I O N E S R E L I -
Q V A E I N P A N -
D E C T A S .



Ex libro XLVII. Digest.



Flagitare. In tractatu de priuatis delictis, capite, Nunquam: Si quis (inquit Vlpianus) alienam ancillam surripuerit & flagellauerit, utraque actione tenebitur. nam & serui corrupti agi poterit & furti. Legendum censeo flagitauerit, ex antiquo uno exemplari. ut sit sensus: Si etiam ancillam surreptam stuprum flagitauerit: hoc est, de stupro uehementius instantiusq; appellauerit. hoc enim significat flagitare. Cicero in Philipp. Serius populo Romano hunc uestitum dedimus, quam ab eo flagitati sumus. Flagito ἐνοχλῶ ἀξίως, λιπαρῶ, καὶ πρῶσιωαρῶ significat.

IN

IN cap. ultimo eiusdem tractatus, Nec cogendus erit in crimine subscribere. Melius & emendatius legitur, in crimen subscribere. Subscriptio huiuscemodi non tantum in causis criminalibus, sed etiam in ciuilibus fiebat. ut hodie, cum libelli iudici porriguntur subscripti uel à reo, id est, litigatore, uel ab eius procuratore. Plinius lib. v. epist. Post hoc. Curianus à matre exheredatus cum cæteris coheredibus subscripsit centumuirale iudicium: mecum non subscribere. subscripsit. id est cōtrouersiam mouit hereditatis, testamentum scilicet impugnare ut inofficiosum uolens. Idem, Scis te non subscripsisse mecum: & iam biennium transisse, omniaq; me usu cœpisse. id est, mecum querela non esse expertum. οἷσθα γὰρ ὡς ἐν ἐλαχῆς δίκῃ ἐμοὶ τῆς κληρονομίας. Hoc recentiores Iurisconsulti iudicium dictare interdum uocant: & dictare actionem: ut Paulus in cap. Actione, titul. Pro socio. Dicitur & edere iudicium ab Vlpiano, titul. Rem ratam haberi. Subscriptions etiam olim in publicis iudicijs fiebant: sed pœnales non erant. Cicero in Diuinatione, Veruntamen L. Apuleium esse uideo proximum scriptorem: hominem non atate, sed usu forensi atque exercitatione tyronem. Et paulo inferius, Quartum quem sit habiturus non uideo: nisi quem forte ex illo grege oratorum, qui sibi subscriptionem postularunt, cuiusque uos delationem dedissetis. id est, qui postularunt à uobis, ut ad quencunque Verris accusatio esset delata, sibi liceret accusationi subscribere. Et rursus, Respondebo non esse uos tales uiros commissuros, ut ad causam tantam à me susceptam, mihi creditam, quisquam scriptor me inuito aspirare possit. Quo in loco Pædianus scriptores ait eos esse appellatos causidicos, qui adiuuare accusatorē poterāt: quos oportebat summissius agere, quam eum quē sequebā-

aa 4 tnr.

Custodes. tur. δευτερολόγοι καὶ δευτερογωνισαὶ à Græcis appellabatur. Ii etiam custodes appellabantur. ob id enim etiam ipsi dabantur, ne accusatori corrupto facile liceret praenariari. Idem Cicero eodem in loco, Custodem (inquit) Tullio me apponite. Quid? mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad meas captas admisero? Idem ad Quintum fratrem, Gabinius absolutus est: omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque eius infantius, nihil illo consilio sordidius. Huiusmodi sunt hodie causidici, qui in causis illustribus perorandis solent adesse ei qui causam ipsam agit, & eum circumstare, gestuque & tacita admonitione se ab eo stare profiteri. Qui & Aduocati & Aduocatio. Aduocatio etiam Latine dici possunt. Subscribere causæ dici potest id, quod adiungere causæ nunc dicunt, quod & in causam descendere dicebatur. Cicero ad Atticum libro octauo, Quominus mirere si inuitus in eam causam descendo, in qua neque pacis, neque uictoriae ratio quaesita sit unquam: sed semper flagitiosæ & calamitosæ fugæ, per translationem de partibus Pompeianis loquens. Inde factum est ut subscribere pro assentiri, & fauere ponatur. Celsus de Asclepiade loquens, Vltioribus autem diebus cubantis etiam luxuriæ subscripsit. Traianus ad Plinium, Tuo tamen desiderio subscripsi: & dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo, referri in commentarios meos iussi. quo in loco subscripsi, potest significare concessi: subscripto scilicet libello ea de re mihi porrecto. Subscribere causam, est sententiæ causam assignare: ut apud Ciceronem pro Cluëtio, Video igitur iudices, animaduertisse cēsores in iudices quosdam illius consilij Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent.

IN tractatu, De furtis, cap. 111. Fur est manifestus, quem Græci

Græci appellant. Reponendum hoc uerbum αὐτόφωρος, quem Græci αὐτόφωρος appellant. Fur à Græco dicitur, ut in cap. 1. Vlpianus dixit: & Gellius docet lib. 1. Noct. Attic. Nam quod nunc à Græcis κλέπτης dicitur, antiquiore lingua φῶρ dicebatur. hinc per literarum affinitatem phor à phero uerbo, Latine fur dictus est. Phero Latinum uerbum factum est fero, ut alia non pauca: cuiusmodi sunt ago, sto, sisto, lego, plecto, libo, edo, poto, eo, fari. Græcè enim pho dicitur. Ab ea uoce φῶρ, uerbum φῶρῶ factū: quod deprehendo significat. Vnde κλέπτης αὐτόφωρος, fur manifestus dicitur: hoc est, εἰλημμένῳ ἐπαυτοφώρῳ, manifesto conuictus, quod etiā transfertur ad alia. Nam quicūque reus conuictus, dicitur ἐπαυτοφώρῳ αἰτιῶ, & ἐπαυτοφώρῳ ἐαλωκῶς, & κατὰ φῶρ: ut adulter deprehensus.

IN cap. Quamuis, paulò inferius eodem sub titulo, De furtis: notandum est uerbū constituere. Tamen in initio (inquit Paulus) id est, furti faciendi tempore, constituere uisum est, manifestus nec ne fur esset. Constitutio iudicij est controuersia quaedam iudicium præcedens: uulgo (ut opinor) finem non procedendi uocamus. Cicer. in Partitionibus, Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio: cum aut sit ne actio illi qui agit, aut iam ne sit, aut num iam esse desierit, aut illa ne lege, illis ne uerbis sit actio, quaeritur. Idem in Verrem, actione tertia, Amici eius recusare ne quod nouum iudicium, neque ipsius cognitio, illo absente de existimatione eius constitueretur. Constituendū igitur ab initio, id est, iudicis interlocutione pronuntiandum aut definiendum est, utra actione agere debeat qui furti acturus est. de quo uerbo satis multa in prior editione dicta sunt.

Quod autem paulò inferius sequitur: Nec manifestum furtum

Nec pro non. furtum quid sit apparet. nam quod manifestum non est: id scilicet nec manifestum est. ex uerbis legis duodecim tabularum sumptum est. olim enim nec pro non dicebant. quod etiam hodie in quibusdam dictionibus usu inualuit. Cicero lib. 1 1 1. de Legibus, Senatori qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. Verba sunt legis antiquae, quibus hoc significatur. Senatori qui ad Senatum uocatus non conuenierit, aut culpam imputari oportere, aut iniungendam necessitatem cause legitime excusande. Sic Terentius in Heautont. Vt hanc letitiam necopinanti primus obijcerem. pro non opinanti. Sic Cicero in offic. bona necopinata, pro inopinatis dixit: & Lilius necopinato. pro inopinato, id est, ἀποπροδοκίτως. & Nec opinanteis aggredi statuit. Tranquillus in Augusto.

Menytrum. *Indicium.* *Euangelia.* IN cap. Falsus, siue id legē potius (ut mos inualuit) appellare libet. §. Sic locus restituendus, Quid ergo si ea quae dicunt Graeci μίνυτρα petat? cuius uocis uestigia exilia in antiquo exēplari extabant, quod uidimus: alioquin διαγγέλια ipse legerem. Menytrum Graeci tam indicium, quam indicis praemium uocant. Vlpian. ipse indicium appellauit alibi supra, De cond. ob turpē cau. Sed plurali numero serē ista enunciatur uocabula, nō singulari. Apud Lysiam μίνυτρα pro impunitate accipitur. quae est praemium sese & cōscios indicātis. Sic σωτήρια. sic χειρήρια, ἐπινίκια, & alia. Herodianus, Σωτήρια τε τῶ βασιλέως ὁ δῆμιος μετὰ τὸ ἔορτῆς ἐπαγγελίαι. Idē, ὡμολόγει τε χειρήρια, καὶ ἐβνε σωτήρια. ludos & sacrificia significans dijs facta, pro detecta & cōperta in Commodum Caesarem cōiuratione. Euangelia, praemium ob iucundum nuncium. Cic. ad Att. O' suaves duas epistolas, quibus euāgelia deberi fateor. Isocrates pro sacrificio accepit in Arcopag. διαγγέλια δὲ δὲ δὲ ἢ τρις τεθύκαμεν.

τεθύκαμεν. Homerus Ὀδυσσεύς §. pro praemio nuntij singulariter dixit. Εὐαγγέλιον δὲ μοι ἔγω. Apud nos ignes nocturni sunt euangeliorū nomine. Sic epinicia celebrantur apud nos, cū supplicationes decernuntur obsecrationesq; solennes: & cū canticum palmarium & laureatū canitur ob partam uictoriam. Atq; etiam euangelia decernuntur, aut ob filium Principi natum, aut ob alium quēuis nuntium hilariorem. Lucianus epinicia pro epulo posuit uictoriae causa dato. Tranquillus in Nerone usus est, Affirmauit letum inter letos cantaturum epinicia.

IN eodē tract. de Furtis, cap. Si quis uxori. §. Si quis asinum. Locus sic sarciri potest, Si quis asinum meū coegisset, et in equas suas ἐπὶ τῆ ὀχέια duntaxat captū admisisset: furti non tenetur. quanquā coegisset uerbū parum hic conuenire uidetur, pro conclusisset uel abegisset. Admittere, est mare foeminae, aut mari foeminā admouere ad initum. Columel. lib. VII. Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros transtulit, et mā suefactos tectis ouibus admisit. Plin. lib. X. Equas autem post tertium diem, aut post unum ab enixu utiliter admitti putant: coguntq; inuitas. Et admissura. Colum. eodem lib. Nec admissurae certa tempora seruetur. Sic Genesis XXX. cap. Quando uerō serotina admissura erat & conceptus extremus, non ponebat eas. Iuuen. poëtice dixit, Iam fas est, admitte uiros: Saty. VI. Inde etiā admissarius equus, asinus, uel taurus, ad initum electus. Columella, Quidam praecipit eodem ritu, quo mulas admissarium saginare, ut hac sagina hilaris plurimis foeminis sufficiat. Graeci admittere βιβάζειν dicunt. Arist. de suiibus, ἀρ ὁργῶσαυ βιβάζειν, μία ὀχέια ἀρῆι. Itidem Plutar. in Lycurgo. Herodotus ἐφίεναι, quasi admittere ad uerbū dixit. sic enim in Thalia scribit, Τέλει ὁ ἔπῳνε ὀχεύσαι τὴν ἰώωρον

Epinicia.

Admittere.

Admissura.

Admissarius.

ἰπποῦ. & in Melpomene, ἐπεὶ ἄρ' ἔπος ἢ ἄρα κνίσκεσθαι τὰς ἰπποῦς, ἐπιείσι τοὺς ὄντας. Cic. in Pisonē admissarium pro homine libidinis peruagata posuit, ad omniumq; foeminarum libidinē exposito, Itaq; admissarius iste simulatq; audiuit uoluptatē à philosopho tantopere laudari, nihil expiscatus: sic sensus suos omnes uoluptarios incitauit, ut non magistrum uirtutis, sed autorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur. Hoc Plinius uenuste transtulit ad inscriptionem: ut felix est ferè scriptor in huiuscemodi genere translationum. sic enim inquit lib. xvii. Neq; enim animalium tantum est ad coitum auiditas, sed multo maior est terræ, ac satorum omnium libido: qua tempestiuè uti, plurimum interest conceptus. Peculiare utique in insitis: cum sit mutua cupiditas utrinque coeundi. Qui uer probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire. Admittunt, inquit, id est, surculum trunco adiungunt. Admittere equum interdum pro conscendere accipitur: ut apud Ciceronem in secundo de Finibus, Num etiam P. Decius cum se deuoueret, & equo admisso in mediam aciem Latinorum irrueret, aliquid de uoluptatibus suis cogitabat? Lilius lib. i. ab Vrbe cond. Superbus in Posthumium equum infestus admisit. Hoc etiam uerbum multis & alijs modis in usu est apud peritos: qui nunc ad rem nō pertinet. Admissarius equus à Græcis ἀναβάτης dicitur: quia ἀναβαίνειν pro inire dicunt, hoc est, uenereo impetu aggredi. sæpius tamen ὀχέου dicunt. Apud Hieremiam prophetam emissarius pro admissario mendosè legitur cap. quinto: nisi me fallit opinio: Equi amatores in foeminas, & emissarij facti sunt: unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. Est enim translatio emphatica, sumpta ad libidinem hominum designandam immodicam & portento

Admittere
equum.

Зосим Hieremias.

tentosam. Apud Græcos etiam hæc uox ἰπποῦ, id est, ἰπποῦ: equus, in cōpositione uehementiā denotat: ut ἰπποπόρον, quasi ἰππομανής, ἰππογνώμων, & alia. Emissarius autem longè aliud significat. Potest autem & hic locus ex aliorum exemplarium obseruatione hoc modo sarciri, Si quis asinum meum coëgisset in equas suas, ἀναβαίνειν ἐπὶ τῆ ὀχέῃ: si duntaxat, & reliqua.

s v b titulo, Arborum furtim cæsarum, in cap. Cedere, ita legitur: Cingere est deglabare. Vel deglabrare legendum, uel deglubere: quod ipsum magis probo: id est, corticem eximere. Cato de Rust. Salictum suo tempore cedito, glubito, arcteq; alligato: librum conseruato. Catullus de Lesbia metaphoricè, Nunc in quadriuijs & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes. pro denudat dixit, & ad singula uestimenta redigit. Inde illud Tiberij Cæsaris, Boni esse pastoris tondere pecus, non deglubere. quod Græcè sic ferunt dicere solitū, Κείρεσθαι μὲς τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἔξυρᾶσθαι βούλομαι: id est, Tonderi pecus meum, non rasitari uolo. Quod autem sequitur, Subsecare est subsecuisse, corruptum esse facile intelligimus, quem locum his uerbis in compendio Græco legimus, ζωννύειν ἐστὶ τὸ πόριελᾶν τὸν φλοιοῦ. κατὰ τὸ τέμνειν, τὸ ὑπομεῖν, Cingere, inquit, est corticem exemisse. subter cadere, est succidisse. Et hæctenus ibi legimus.

Deglubere.

IN cap. Prætor, sub tit. Vi bon. rapt. Græca uerba reponenda sunt hoc modo, Turbam autē appellatam Labeo ait ex genere tumultus. Idq; uerbū ex Græco tractū. τὴν τὴν γὰρ παρὰ τὸ θορυβῶ εἶρηται. Tyrbe Græcè tumultū significat: unde turba facta est, ut ex Sylla Sulla, ex Xystico Xysticus: & ut alia multa γ in u nostrū uerterūt. Lucianus, ὄρω ποικίλω τινὰ τὴν τὴν, ἢ μετὰ τὰς χῆς τὸν βίον.

Sub

s v b tit. De incēdio, ruina, naufr. cap. Quo naufragiū.
 §. Qui eicēta, restituenda dictio Græca, quæ exoleuit li-
 brariorū ignorātia. Qui eicēta naue quid rapuit, hoc edi-
 cto tenetur. Eicēta, hoc est quod Græci aiunt ἐκκλυζόμε-
 νος, uel ἐξοκειλάσος. Est enim ἐξοκειλάω, τὸ ἐπὶ βίαις τῶν
 κυμάτων κατάγειν, undarum uel in littus eijci. Isocrates
 metaphoricè in Areopag. usus est, Μὴ τελευτῶντες εἰς Ἰα-
 χύτερα πρᾶγματα ἐξοκειλώμεν. Herodot. actiue dixit
 ἐπώκειλαρ τὴν νέαν, impegerunt. In eodē tract. cap. Si for-
 tuito, Nisi tam lata culpa fuit, ut luxuriæ aut dolo sit pro-
 xima: Accursius luxuriam latam culpā interpretatur. Ego
 lasciuia. lasciuia lego. est autem lasciuia petulantia ludicra & lu-
 dus improbius, ut in priore editione planum fecimus.

IN tract. de Iniur. cap. Iniuriarū. Si quis me prohibeat
 in mari piscari, uel in diuerticulum, quod Græcè dicitur
 ducere, iniuriarū iudicio possim eum conuenire. Lego uel
 euerriculum quod Græcè σαγίνη dicitur. Verriculum &
 euerriculum. Euerriculum rete est piscatorium, sagena à Græcis dictū.
 à uerrenda aqua sic appellatū. Cic. in v. in Verrem act. de
 Verre ipso loquens, qui Centuripinos compulerat edicto
 omnia ad se argentea uasa comportare: è quibus emblemata
 abstulerat redditus puris uasis, genere rapinæ improbi-
 simo: Quod unquā (inquit) iudices huiuscemodi euerriculū
 in illa prouincia fuit? alludens ad Verris nomen, & ad si-
 gnificationem uerbi. Idem in 111. de Nat. Deor. Cū iudi-
 cia bonæ fidei recensuisset, addidit hæc uerba, Inde uerrē-
 culum malitiarū omnium, iudicium de dolo malo, quod C.
 Aquilius familiaris noster protulit: quæ dolum idem Aqui-
 lius tum teneri putat, cum aliud sit simulatū, aliud actum.
 Actionē de dolo uerriculum appellat, quo scilicet euerrun-
 tur fraudes hominū è uita ciuili est enim hæc actio prodita
 ad terro

ad terrorem hominum subdolorum: qui ignominiam eius
 iudicij formidant. & qui alio iudicio conueniri non potest,
 hoc uelut subsidiario coërcetur. Vlpianus, Verba autē edi-
 cti talia sunt, Quæ dolo malo facta esse dicentur: si de ijs re-
 bus alia actio non erit, & iusta causa esse uidebitur: iudi-
 cium dabo. Idem in Verrem act. 111. O Verrea præclara:
 quoquam si accessisti, quo non attuleris istum diem. etenim
 quam tu domum, quam urbem adijisti, quod sanum denique,
 quod non euersum atque extersum reliqueris? Euersum ab
 euerro dixit, σεσαρωμένον, κεκορημένον, quasi scopis ex-
 purgatum. Omnia (inquit) sacra iuxta ac prophana corra-
 sisti & compilaisti. Euerriculum Laurētius Vall. Latine di-
 xit, quod Herodotus σαγίνην appellat in Thalia & in
 Erato: & Plato in tertio de Legib. his uerbis, καὶ τινὰ λό-
 γον εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν ἀφῆκεν, ὡς δεῖ εἰς ἑρετριέων ἀν-
 τοὺς ἀποπεφυγῶς εἶναι. σιωπᾶσαντες γὰρ ἄρα τὰς χεῖρας,
 σαγίνην ὡσαύτως τὴν ἑρετρικὴν οἱ στρατιῶται τῆς Δα-
 τίδος. id est, Rumor è etiam quendā horrendū in urbē no-
 strā emisit: homini scilicet quod nemini Eretrienti eos effu-
 gere cōtigisset. siquidē ipsos Datidis milites per manus re-
 ste ducta omnē Eretricā regionē euerriculauisse. Quo mo-
 do autē euerriculētur homines, licet ex Herodoto intellige-
 re: Viro (inquit) uirum manu tenente perpetua serie à mari
 Aquilonari ad Australe peruadūt: tum deinde omnem per
 insulā hominibus indagādis captandisq; trāseūt. σαγίνην
 σὶ δὲ τῆς τοῦ τρόπου. Lucæ xv. Non ne accēdit lucer-
 nā & euertit totā domū. corruptè legitur pro euerrit, σα-
 γίνης. Quod sequitur circa finē huius cap. Vsurpatū tamen, ut
 quis prohiberi possit ante aedes meas, uel pratorii meū pi-
 scari: de uilla elegantiore intelligēdum, quæ uilla etiam ur-
 bana dicitur in tractatu, Locati: ubi hoc uerbū exposuimus.

IN cap. Item apud Labeonem. §. *Questionem. Questionis uerbo etiam quam malam mansionem Græci dicunt, continebitur. Vinculi genus uel tormenti significatur: ut apud eundem Vlpianum in lege, Si hominem (siue id caput magis appellari placet, ut diximus) sub titulo, Depositi. Hominem uinctum, ut de eo questio habeatur, uel ad malam mansionē extensum. Quo in loco Accursius male interpretatus est carcerem: ut etiam hoc in loco. Ego his uerbis puto significari quā Græci tum $\tau\omega\delta\lambda\omicron\sigma\tau\rho\acute{\alpha}\beta\lambda\omega$, tum $\tau\omega\delta\lambda\omicron\kappa\acute{\alpha}\nu\lambda\omega$, appellant, id est, $\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \pi\acute{o}\delta\lambda\alpha\ \sigma\tau\rho\acute{\epsilon}\phi\epsilon\sigma\sigma\alpha\rho\ \kappa\alpha\iota\ \kappa\alpha\kappa\acute{\omega}\sigma\alpha\sigma\alpha\rho$. Demosthenes meminit ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους.*

IN cap. Quod reip. Quod reipub. uenerandæ causa secundum bonos mores fit: & reliqua. lego uindicandæ, id est, asserendæ ab improbis & facinorosis. Est etiam uindicare, animaduertere in malos. Cic. in Verrem, Si quid uindicatum seuerè est, non ex eo crudelitatis inuidiam colligam. Et uindicatur ille cui ob iniuriam illatam multa aut supplicium peditur ab eo qui rei perperam factæ autor est. Plin. in Panegy. Licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus uindicari: & futuros sub exemplo præmonere. Et uindicatur maiestas publica, cum à fontibus supplicium sumitur. Et quod sequitur, Secundum bonos mores fit, intelligendum rectè atque ordine & more maiorum.

IN cap. Vestem. eodem sub titulo, De iniurijs. Vestem sordidam rei nomine in publico habere, capillum uel summittere nulli licet. Pro clariori huius sententiæ intellectu, sciendum dictionem hanc sordes reorum statum conditionem que significare interim, dum inter eos relati sunt, antequam absoluantur aut damnentur: qui etiam status hominum reatus appellabatur: ut infra ad legem Iuliam maiestatis cap. ultim. Is qui in reatu decedit, integro statu decedit.

dit. Tranquillus in August. Diurnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud, quàm uoluptas inimicis quaereretur, nomina aboleuit: conditione proposita, ut si quis quis repetere uellet, par periculum pœnæ subiret. Ex quibus uerbis intelligitur olim necessariam non fuisse accusatorum subscriptionem: duntaxat ut talione se obstringerent: id quod superius diximus. Et eximere sordes reorum, idem in Vitel. Castra uerò ingressus, nihil cuiquam poscenti negauit: atque ultro ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia dempsit. Id hodie faciunt principes, quum diplomatibus obsignatis, ac serico lino traiectis, criminum ueniam indulgent. Inde sordidati dicti sunt, qui rei delati sunt. Cicero in Pisonem, Nec minus letabor cum te semper sordidum, quàm si paulisper sordidatum uiderem. Sordidum dixit, uilem & abiectum, ac sine ullo uitæ nitore ac lautitia uitam agentem. Sordidatum autem intellexit accusatum & reum, $\epsilon\sigma\theta\eta\tau\alpha\ \mu\epsilon\tau\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\xi\alpha\nu\tau\alpha\ \kappa\alpha\iota\ \kappa\acute{o}\mu\eta\sigma\ \alpha\nu\acute{\alpha}\pi\lambda\epsilon\omega$, $\kappa\alpha\iota\ \iota\kappa\epsilon\tau\epsilon\beta\omicron\nu\tau\alpha\ \tau\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \delta\lambda\eta\mu\omicron\rho$. Dicitur etiam squalor, idemque significat. ut in oratione pro Cluentio, Aut ne forte mater hoc sibi optatissimum spectaculum huius sordium & luctuum & tanti squaloris amitteret. de matre Cluentij loquens, quæ summopere gaudebat accusatione filij sui. Gellius libro tertio, Eumque cum esset reus, neque barbam desisse radere, neque cãdida ueste uti, neque fuisse cultu solito reorum. Plutarchus in Ant. de Philostrato reo, $\delta\ \delta\epsilon\ \tau\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \tau\omicron\omega\gamma\omega\nu\alpha\ \kappa\alpha\theta\epsilon\iota\sigma$, $\kappa\alpha\iota\ \phi\alpha\iota\delta\omicron\upsilon\ \iota\mu\acute{\alpha}\tau\iota\omicron\upsilon\ \tau\omega\alpha\rho\iota\beta\alpha\lambda\lambda\acute{o}\mu\epsilon\nu$. Solebãt autem olim amici et necessarij sordes cum reo delato accipere ad misericordiã captandã, plebẽque deprecabũdi prehẽsare aut circũire, ut cũ dies iudicij aduenisset, facilius absoluerentur. neque ut nũc rei postulati ciues Romani in carcerẽ conijcebãtur: sed suo arbitrio permittebãtur, ut si pœnã legũ uitare uellent,

uellent, in exilium abirent, nec iudicij euentum experirentur. Itaque Cicero in oratione, de reditu suo ita inquit, Nostra memoria Senatores ne in suis quidem periculis mutare uestem solebant: in meo periculo Senatus ueste mutata fuit.

Periculum. Periculū enim appellat more Græcorū reatum. ut in oratione pro Plancio, Quid de me dicam? qui in huius periculo reus esse uideor. quid de his tot uiris? quos uidetis ueste mutata. à Græcis ἀγὼρ καὶ κίνδυνος pro apologia & causæ dictione in re capitali dicitur. Plutarchus omnem prope equestrem ordinem, & iuuenes ad uiginti milia sordidatos cum Cicerone fuisse ait, cum eorū supplices populo passim per urbem Romam fuisse. Ἀλλὰ τῷ Κικέρωνι πρῶτον μὲν, ὀλίγον δὲ ἄλλοις σύμπαρ τὸ τῶν ἰστωϊκῶν πλῆθος συμμετέβαλε τιῶν ἐσθῆτα, καὶ δισμυρίων ὄντων ἐλάττης νέων παρρηκολούθησαν, κομῶντες καὶ σιωπῶντες ἐβούτες. Hoc idem Cicero ipse de se testatur in oratione de reditu suo, Id quoniā immodicè fieri coeptū erat, ideo uetitū fuit ijs quidē qui propinquitate aut affinitate cum reo cōiuncti non erant: ut Venuleius hic docuit. Fabius libro sexto, de ciendis affectibus loquens, Non solū autē dicendo, sed etiā faciēdo quedam, lacrymas mouemus. unde et producere ipsos qui periclitentur, squallidos atq; deformes, & liberos eorum ac parentes institutū. Hoc Demosthenes παραγῆσασθαι τοὺς παῖδας καὶ γονέας τῶν κινδυνεύοντων appellat. Idē Quintilianus, At sordes & squallorē & propinquorū quoq; similem habitum scio profuisse. Valerius de Rutilio libro sexto, Ordinū discessione magis quā culpa sua reus factus, nec obsoletam uestē induit, nec insignia senatoria deposuit, nec supplices ad genua iudicū manus tetedit. Huiusmodi erāt sordes Hebræorū sub sacco & cineribus misericordiā diuinā exortium, Danielis nono, & Ionæ tertio. Verū quoniā hac lex

sub

sub titulo, De iniurijs posita est: sciendum est huiuscemodi sordes non à reis tantum assumi solitas esse, sed etiā ab ijs quorum nomine rei postulabatur: quiq; iniurias rapinasq; perpetrati, ad Senatum supplices ueniebant, Prætorum, Proconsulumq; provincias Romanas regentium expilationes expostulaturi, & interdum crudelitatem. Cuius instituti exemplum est apud Ciceronem acti. tertia in Verrem, his uerbis, Nunc de miseria Siculorum Iudices audite. & Heraclius Syracusanus & hic Bidinus. Epicrates expulsi bonis omnibus Romam uenerunt: sordidatiq; maxime barba & capillo Romæ biennium prope fuerunt. Et rursus acti. ulti. Aspiciate aspiciate Iudices squallorē sordesq; sociorū. est hic Sthenius Thernitanus cum hoc capillo atque ueste, domo sua expilata furtorum tuorum mentionem non facit, se se ipsum abs te repetit. Et rursus, Si uos (inquit) Iudices eos deseritis, ad Senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumet. non est usitatum, non senatorium. Huc pertinet quod de Senatu dictum est qui uestem in exilio Ciceronis mutauit. ut ipse in oratore, pro Plancio, & pro P. Sextio memoriæ prodidit. non enim deprecandi rei causa hoc factum est: sed insigne fuit luctus publici ob singularem Consulū improbitatem, qui Ciceronem euersum capite & fortunis cupiebant. Quid enim (inquit ipse) quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quā pro me uno ciue & bonos omnes priuato consensu, & uniuersum senatum publico consilio mutasse uestem? Quæ quidē mutatio non deprecationis causa est facta, sed luctus. Quem enim deprecarentur, cum omnes essent sordidati, cumq; hoc satis esset signi esse improbum, qui mutata ueste non esset? Ex his Ciceronis uerbis planum fit illas sordes susceptas à Senatu fuisse ad concitandam inuidiam

in Consules & Tribunum ple. P. Clodium, qui Ciceronem
 insontem, & de re publica egregie meritum, precipitem
 egerunt in exilium. Propter quod luctum illum Consules
 postea inhibuerunt edicto, ut ipse Cicero conqueritur in
 oratione quam de reditu suo habuit. Cum senatus (inquit)
 equitesq; Romani flere pro me, ac mutata ueste uobis sup-
 plicare edictis atque imperijs uetarentur, ad populum ipse
 uerba faciens. Plutarchus in Camillo, Sed cum populus (in-
 quit) in signum mororis uestem mutaret (quod usitatum
 erat in magnis publicisq; calamitatibus) Senatus pertime-
 scens ne tumultus in ciuitate oriretur, iussit Manlium di-
 mitti. Eodem etiam pertinet id quod Liuius lib. 1 x, ab
 Vrbe condi. refert, de Clauio Scriba loquens, qui ob Fa-
 stos publicatos honoribus a populo ornatus est, & nobi-
 libus in comitijs prelatas. Tantumq; inquit ille, Flauij co-
 mitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium aureos
 annulos & phaleras deponerent. Meminit eius historie
 Plinius lib. x x x i i i. Ex his planior fit huius legis sensus:
 & l. item apud Labconē §. Hæc autem ferè sunt, supra hoc
 eodē sub titu. quod Accursius perperā intellexisse mihi ui-
 sus est. Loquitur enim Venuleius $\tau\epsilon\lambda\tau\omega\rho\epsilon\tau\omega\iota\phi\theta\delta\upsilon\omega\tau\delta\tau\omega$
 $\tau\omega\tau\omega\iota\phi\theta\delta\upsilon\omega\tau\omega\rho$. Interdū sordidatus dicitur qui ob inopiam
 aut auaritiā obsoleta ueste detritaq; utitur, ut idē Cicero in
 Antoniana secunda: Sordidata mancipia: argētea uasa col-
 lisa Sordes autem iudicum & sordidi iudices, nō harū sunt
 sordium affines, sed earum quarum fit mentio in tracta-
 tu legis iulie repetundarum. Addeamus & illud quod ad
 iniuriarum actionē pertinere potuit, a Plinio in x x v i i i.
 commemoratum. Drusus (inquit) Tribunus plebis traditur
 caprinum sanguinem bibisse, quum pallore & inuidia
 ueneni sibi dati insimulari Q. Scipionem inimicum uellet.

Drusus
 Tribunus ple-
 bis.

sordidatus.

DE

DE extraordinarijs criminibus, cap. Saccularij, In
 Aegypto qui commata rumpit. Legendum chomata, id est
 aggeres qui terra aggesta facti sunt: quibusq; Nili aqua
 coërcetur. Plinius lib. v. Nilus (inquit) certis diebus au-
 ctu magno per totam spatiatas Aegyptum secundus in-
 natat terra. Iustum incrementum est cubitorum sedecim:
 minores aquæ non omnia rigant: ampliores detinent tar-
 dius recedendo. Quod autem sequitur apud Vlpianū, Cō-
 mata etiam & diacopi qui in aggeribus fiunt, & reliqua:
 recte legitur. Comma autē est incisum: quæ pars est perio-
 di, ut Cicero appellat in oratore perfecti o. Hic cōmata sunt
 aquarum emissaria & incilia ad hoc inuenta structaq; ut
 pro arbitratu Aegyptiorum Nilus uicissim admittatur in
 campos aruales, aut intra alueum contineatur. Plinius,
 Cum steteret (inquit) aquæ, apertis molibus admittuntur.
 ut quæq; liberata est terra seritur. Chomata Plinius moles
 appellat: id est aggeres qui per commata & diacopos, id
 est per meatus quosdā intercisos, siue per incilia hiātia Ni-
 lum transmittunt in arua remotiora segetibus destinata.
 Tranquillus in August. Aegyptum in prouinciæ formam
 redactam ut feraciorē habilioremq; annonæ urbicæ red-
 deret: fossas omnes in quas Nilus æstuat, oblimatas longa
 uetustate, militari opere deterfit. Herodotus $\delta\lambda\omega\gamma\chi\alpha\varsigma$ ap-
 pellant quasi effossa aquarum emissaria, Idem de Aethiopsis
 regis tempore loquens, ut enim quisque (inquit) facinus
 quoddam amiserat dignum animaduersione, morte quidē
 afficere nullum sibi persuasit: sed eorum unumquemq; pro
 modo admissi mulctare instituit: præfinito chomatū mo-
 do quem aggerarent iuxta suam quisque ciuitatem. Hæc
 autem chomata duorum generum fuisse dicit: Altera enim
 erāt circa annē, & altera circa urbes, ne fluminis inunda-
 tione

chomata.

Commata.

bb 3 tione

Sycomorus.

tione obruerentur. Sycomorus ficus est Aegyptia prædul-
cis sine granis, nomen est compositum e ficu & moro. Au-
tor Plinius & Dioscorides. Verum in principio huius ca-
saccularij. pitis Saccularij qui sint nunquam legi. Calcularios impo-
stores fuisse conyicio eiusmodi fortasse quos Graeci Ἰσο-
λόγους appellat & Ἰσοροπαίκτας. quibus similes esse Dia-
lecticos Aristoteles ideo dictitabat, quod ut illi fallaci ra-
tione scite atq; lepide hominibus imponunt: ita Dia-
lectici quoq; falsa colligendo cauillabundè in errorem se-
cum differentes adducant. Directarij autem hic Petrus Cri-
nitus non dictarij legendum esse censebat ex antiquo exē-
plari. ad quod id uerbum quod sequitur alludere uidetur,
Qui in aliena cœnacula se dirigunt. Dicebat etiam areo-
las illas quæ subditæ sunt duobus uerbis replendas, σκοπε-
λισμὸν & σκοπελίσειν: hoc modo. Sunt quædam quæ mo-
re prouinciarum coërcitionem solent admittere: ut in pro-
uincia Arabiæ, σκοπελισμὸν crimen appellant.

IN cap. Sepulchri, De sepulchro uiolato. Melius corpo-
ribus non contrectatis uel contactis legitur, quàm contra-
ctis: id est ita ut corpora non attingantur.

SVB titulo, De cõcussionibus: Poena legis Corneliæ te-
neri iubentur qui in accusationem innocentium coierint.

Coire.

Coire apud priscos uerbum criminofum erat. lege enim
Cornelia constituta erat accusatio aduersus eos qui in ac-
cusationes condemnationesq; coierant. quo capite legis
Corneliæ à Cornelio Sylla sic appellatæ, nec plebs nec
equester ordo tenebatur: sed Senatores tantũ, & qui magi-
stratus gesserant. Verba legis in oratione Ciceronis pro
Cluētio hæc extāt, Qui tribunus militum legionibus qua-
tuor primis, qui ue Quaestor, Trib. plebis (& deinceps ma-
gistratus omnes enumerantur) qui ue in Senatu sententiam
dixit

dixit, dixerit: qui eorum coijt, coierit: conuenit, conuene-
rit: quo quis iudicio publ. condemnaretur. & cætera. Idem
ad Pontifices, Collegia medijsfidius Tribunorum pleb. to-
ta reperietur hoc iure firmato, quæ coëant de hominum lo-
cupletissimorum bonis: præda præsertim populari & spe
largitionis oblata. id est qui in abdito consilia agitent de
euertendis locupletum fortunis. Interdum addito societa-
tem accusatiuo utitur eodem uerbo. ut pro Roscio Ameri-
no, Auariiam præfers, qui societatem coieris de municipis
cognatiq; fortunis cum alienissimo. Sic Martianus in prin-
cip. tracta. legis Cornelij de fals. Qui societatem coierit ad
obligationem innocentium. Unde est illud Plinianum in epi-
stolis libro quinto, Nigrius in Senatu quaestus est uenire ad-
uocationes, uenire & præuaricationes: in lites coiri: &
gloria loco poni magnos & statutos redditus. Et coitio etiã
uerbum est eiusdem cognationis. ut Cicero pro Plancio,
Dubitatis (inquit) quin coitio facta sit, cum tribus ple-
rasq; cum Plotio tulerit Plācius. Συμμογοῦν Graeci dicunt,
& ἐπισημιάσθαι. licet in Pandectis συμμέναι ἐς κατηγο-
ρίαν τινὸς ἀνατίθεται dicatur. Quæ locutio nō est ex more lo-
quendi antiquorum. sed ad uerbum conuersa. Sequitur eo-
dem in loco, Qui ue ob denunciandum uel non denunci-
andum testimonium pecuniam acceperint. quæ uerba ab Ac-
cursio intellecta non esse minus mirum est, cum etiã à pau-
cis percipiantur. Cicero in Prætura urbana, Non putasti
me tuis familiarissimis testimonia denunciaturum, qui tuæ
domi sæpe fuissent: ex quibus quærerem, signa ne scirēt quæ
non essent? Testimonium denunciare Ciceroni non est te-
stificari, ut uulgò existimatur: sed est homini diem dicere fe-
rendo testimonio. hoc est ad iudicium euocare ferendi gra-
tia testimonij. Fab. lib. v. Duo sunt (inquit) genera testium,

Denunciare te-
stimonium.

aut uoluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudicijs lege denuntiare solet. quorum altero utraque pars uititur: alterum accusatoribus tantum concessum est. Ex hoc intelligo in publicis tantummodo iudicijs licuisse denunciari testimonium, hoc est inuitum euocari ad remotum longinquumque tribunal. Quod quoniam concussionum materiam præbebat, negotiumque faciendi quietis hominibus domique occupatis, ideo ad capita legum de publicis iudicijs rogatarum hoc additum est: ut hic, & inferius, Ad legem Corneliam de falsis: in princip. ubi Accursius renunciandum legit pro denunciandum, errorem librariorum secutus, aut eorum fortasse emendatorum qui uim uocis ignorabant. Ab eodem errore est, quod denunciationse malè interpretatus est in cap. Absentem, in tractatu, De pœnis, quo in loco Vlpianus, Aduersus contumaces uerò (inquit) qui neque denūciationibus, neque edictis præsidium obtemperassent, sententiam in absentes pronounciari oportet, sed secundum morem priuatorum iudiciorum, nō enim denunciationse præconia Vlpianus appellat, ut Accursius cēsuit: sed præsidium uadimonia. id quod si non aliunde, at ex Venuleio satis planum sit in capitu. Eadem lege, Ad legem Iuliam repetund. & ex Cicerone pro Flacco, his uerbis, Adiunxit ille, ut eos qui domo exire nolebant, testimonij denunciatione terreret: qui domi stare non poterant, largo & liberali uiatico commoueret. Idem, Locupletes & graues homines testimonij denunciatione deterret ne sibi aduersarentur, egentes & leues spe largitionis & uiatico publico, priuata etiam benignitate perlectat. Huiusmodi autem testimonij denūciatio uel à iudicibus, uel ab accusatore fiebat, ut ex supradictis planum sit, & ex Plinio lib. vi. Episto. Licinius (inquit) petendum cēsuit à consul

à consulibus, ut referrent sub exemplo legis ambitus de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adijci, ut sicut accusatoribus inquirendi testibusque denunciandi potestas ex ea lege esset, ita reis quoque fieret. Ex ijs quæ diximus melius intelligi potest Pauli dictum in tractatu, De testibus, cap. Lege Iulia & Papia publicorum iudiciorum cauetur, ne alicui inuito testimonium denunciatur, ut testimonium litis dicat aduersus socerum. et reliqua. Quo in loco nonnunquam cōiectura adducor, ut spuria illic uerba quædam esse censeā. Satis enim erat dicere secundum morem antiquū, ne cui inuito testimonium denūcietur aduersus socerū, si de criminali tantū cōtrouersia intelligamus, aut etiam si de ciuili, ne cui testimonium litis denunciatur. Hoc uerbū à Græcis non est intellectum qui Pandectas Græcè scripserunt. sic enim scriptum est, περὶ τῶν λαβόντων χρήματα ἐπὶ τῷ κατηγορῆσαι, ἢ μὴ κατηγορῆσαι, ἢ διὰ τὸ καταμαρτυρῆσαι ἢ μὴ καταμαρτυρῆσαι. Denunciare testimoniū Græcè κλητεύειρ dicitur. Pollux lib. octauo, τὸν δὲ ἐ βυλόμηνον μαρτυρεῖρ ἐκλέτευον, ἀνάγκη τῆ μαρτυρῆσαι προστιθέντες. Cui uerbo antestari respondet. quo Horatius in primo Sermonum usus est. quod uerbum Acron uariè interpretatur. sed Porphyrius uerbum id xij. tabul. esse scribit. Demosth. τίς οὖν ἐκλήτευσερ ἡμᾶς; In tractatu, De abigeis, in principio, consuli Veticæ pro Betycæ legitur. pars est Hispaniæ. Legitur & Berbicem, pro Veruecem.

Sub titulo, De effractoribus, lego expilatores, qui sunt atrociores fures. Hoc est enim συλαγωγῶν uel συληταί. expilatores & cōpilatores huiuscemodi sunt fures, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore spoliatorum, ut inquit Asconius in secundam Verrinam Ciceronis, Quis est enim

qui in te non expilatione Asia, uexatione Paphylia, squalore & lachrymis Sicilia concitetur? Hoc furtum uocatur improbius in. l. Si te expilasse, Coaice, Ex quibus causis inf. irrog. Cicero in Prætura urbana improbiissimū appellauit. Cōpilare (inquit) Festus, est cogere furta, & in unū cōdere. Horatius, Ne me Crispini scrinia Ippi Compilasse putes.

Compilare.

Hoc Terentius cōuasare uocauit in Phormione. ad uerbum tamē συσπλάσσειν dictū esse ab eo mihi uidetur: quo Lucianus usus est in dialogo, q̄ Toxaris inscriptus est, Οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν ἔπαυσα ἐν τῆς οἰκίας συσπλάσσεμενοι, ἔχοντο φεύγοντες. Expilare συλάειν dicitur, & πῶρι-συλάειν. Demosthenes in oratione pro Ctesiphōte nō semel

suppilare.

propria eius uerbi significatione usus est. Inde Suppilare uerbū Plauto in Asinaria, Ille ecastor suppilabat me, quod ecastor ancillas suspicabar. Demosthenes etiā id genus fures λοποδύτας appellat. unde uerbū λωποδύτης in tertio κατὰ Φιλίππου: pro cōpilo & expilo, τί οὐ ἐστὶ τῆς προ-εἰρη ὅτι βούλεται. καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον οὐτιοσι πῶριώπειν ἢ λωποδύτης τῶν ἐλλήνων, καὶ καταδολοθεῖν τὰς πόλεις; Effrautores autē τοιχωρύχοι dicuntur, & διορηκται.

S V B titulo, De crimine stellionatus, Itē si quis imposturam fecerit uel collusionem in necem alterius. Imposturā malè ab Accursio intellectā, ex ijs quæ de eius uocabuli significatione diximus in priore editione, ijs liquebit, quos adire eas annotationes nō pigebit. In cuius dictionis expositione Accursius imposturam posteritati fecit: nullumq; est crimen omnium quæ certo nomine nūcupata sunt, cuius sepius ipse reus sit Accursius. uenia tamē dignus homo minime malus ob temporis eius literarū obscuritatē. Impostura

Impostura.

νομὲ φενακισμὸν, τέχνασμα, μαγαγάνδωμα, σόφισμα cō-plectitur, & παραλογισμὸν. Collusio est συγκακουργημα.

In tra

IN tractatu, De collegijs illicitis, Sodales sunt qui eiusdē collegij sunt: quos Græci carpiā uocant. lego, ἐταιρεία uocant. Hæc etia à Græcis sodalitiū dicitur: quā sodalitatē Cicero uocare solet. Sed sodalitiū multitudinē sodaliū significare potest, ut ἐταιρεία Græcè & θύρατεια, ἰατρεία, πνευσία, ἐλωτεια, δολεια, & alia nōnulla. Quæ tam multitudinē significāt hominū, quā actionē aut rem. quāquā ἐταιρεία sit amicitia sodalitia: ἐταιρεία cum ἀφθηόγο sint sodales, ut hoc in loco: quo modo loquēdi apud nos famulitium, auitium, cquitiū dicuntur & seruitiū: quo Cicero in Verrem act. ulti. usus est, Et tamen cceptū esse moueri aliquot locis seruitium suspicor. Idē, Propterea quod tum familiæ cōgregantur, & magnitudo seruitij perspicitur, & labor operis maximè ostenditur. Sodales eadē mensa utuntur. qua ratione à Græcis sodalitates συναίτια etiam dicta sunt. Herodotus lib. i. μετὰ ἣ τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα ἐνωμοτίας ἢ συναίτια ἔτησε Λυκοῦργου. Hæc etiā Phiditia Lacedæmone dicebatur à cōuiuiorū frugalitate, quorū meminit Plutarchus in Lycurgo. Cicero in quinto Tusculanarū, Quid uictū Lacedæmoniorū in Phiditijs nō ne uideamus? ubi cū tyrānus cœnauisset Dionysius negauit se iure illo nigro quod cœnæ caput erat delectatū. Andria apud Cretenses dicebantur auctore eodē Plutarcho, nam syssitia propriè Atheniensium erant. Plato lib. i. de Legibus, Καί μοι λέγε κατὰ τὴ τὰ συναίτια τε συντέταχεν ὁ νόμος ἢ τὰ γυμνάσια. Aristoteles in secūdo Politicōn, ἢ τό γε ἀρχαῖον ἐκάλουσιν οἱ Λάκωνες & φιλίτια ἀλλ' ἀνδρια κα-θ' ἄπαρ οἱ κρητες. alibi συναίτια eadē ipsa uocat. Cicero in libro de Senect. ita inducit Catonem differentem, Sodales matris acceptis. epulabar igitur cum sodalibus. & reliqua.

seruitiū & sodalitiū, & familia.

Sodalitates.

Phiditia.

Andria.

Sodales sacerdoes.

Sod

Heteriarcha.

Iupiter sodali-
nius et Philius.
& alijs nomi-
nibus appella-
tus.

Sodales etiā Sacerdotes Imperatoribus Romanis inter di-
uos relatis institui solebant, ut sodales Augustales apud
Tranquillum in Claudio, quales institutos fuisse Adriano
auctor est Spartianus. Quorum similitudine hodie sodales
appellari debēt, quos uulgò fratres uocant: ut sodales Do-
minicales, sodales Frāciscani. & qui eorū sodalitatē prae-
cipuam curam habent, Heteriarcha dici possunt. Sodales
olim Heterieum louē, id est sodaliū colebant, ut sodalitij
iuris disceptatorem: ut apud Herodotum in pri. ἐκάλει δὲ
τὸν ἑσέσιον τε καὶ ἑταιρηιον, τὸν αὐτὸν ὀνομάζων θεόν. Si-
militer & Philius Iupiter amicorum necessitudinis praeses
erat. Homognius, id est gentilitius gētilitatis custos & ar-
bitrator: quem gentiles inuocabāt, à quo nō absimilis erat pa-
trous, id est auitus. His nominibus alijsq; olim Iupiter inuo-
cabatur si quid perperā atq; iniuria factum erat inter eos
quibus uariae necessitudines intercedebāt. Heterieia uerbū
corruptè in epistola Plinij ad Traianum legitur, in qua de
religione Christianorū ad principē retulit, deq; eorū ani-
maduersione cōsuluit. Quibus peractis morē sibi disceden-
di fuisse, rursusq; coeundi ad capiendum cibum promiscuū
tamen & innoxium. quod ipsum facere desisse post edi-
ctum meum, quo secundum mandata tua heterieias esse ue-
tueram. sic enim legendum est & emendādum. Sodales tates
enim edicto à se dissolutas esse significat: quae coniurationū
metu à principibus Romanis uocabatur. nec immeritò: nam
Plato de ijs loquens ita inquit. Nam & haec gymnasia, &
hae sodalitates cum alioquin multis in rebus conducibiles
sint ciuitatibus: ad seditiones tamen concitandas immodicè
sunt opportuna. Apud Isocratē etiā Nicocles ad popula-
res ita inquit, Videte ne sodalitates aut coitiones nisi au-
ctore me faciatis, siquidē huiuscemodi consociationes, ut in
alijs

alijs rerū pub. statibus praecipuas partes ferunt, ita in singu-
lari principatu periclitātur. ἑταιρείας μὴ ποιεῖτε μήτε συν-
όδοις, ἀνευ τῆς ἑμῆς γνώμης. Quod Plato Syssitiū, hic he-
terieia dixit. Fuit & olim Romae alioquin hoc nomē crimi-
nosum, nam & lex Licinia lata est contra sodalitia, id est
coitiones quae fiebāt ad corrupēda suffragia popularia. ^{Lex de sodali-}
Cicero pro Plācio, Sed aliquando ueniamus ad causam, in ^{tijs.}
qua tu nomine legis Liciniae, quae est de sodalitijs, omnes
ambitus leges cōplexus es. Idē, Ego Planciū & ipsum gra-
tiosum esse dico: et habuisse in petitione multos cupidos sui
gratiosos: quos si tu sodales uocas, officiosam amicitia no-
mine inquinat criminoso. Et pro Celio, Haud scio an de
ambitu & de criminibus sodaliū ac sequestriū similiter re-
spondendū putē. Et in Sallustiū, Abijt in sodaliū sacrilegij
Nigidiani. Huiuscemodi coitiones in perniciē legū, συστά-
σεις dicuntur à Graecis: & quos sodales lex Licinia uocabat,
sunt συστάται uel συστάτες καὶ συγκροτήσαντες. uulgò cō-
plices appellāt. In Iustini Codice, sub titulo De episco-
pis & clericis, cōuenticula genere neutro appellatur: et in ^{Conuenticula.}
cap. Cum ex iniuncto, sub titulo De haereticis, in libro De-
cretaliū, Nec genere foeminino enuntiandū est ut plerunq;
fit. Tacitus lib. xiiii. Extructa q; apud nemus quod naua-
li stagno circūposuit Augustus, conuenticula & caupona.
pro loco posuit. Tertulianus in Apolog. Philosophi (in-
quit) à locis conuenticulorum & stationum suarum Stoici
& Academici nuncupantur. Matthaei xxvi. Dominus
noster ad Iudam loquens dixit, ἔταχε ἐφ' ὧ πάγει; sodalis
qua de causa uenisti? nō tam amicū quam sodalē appellās,
quem sacrosancta mensa & mystica coena dignatus erat,
ut quidam opinati sunt: uidelicet perfidiam eius scelestis-
simam taxans clementissimè.

In tra

IN tracta. De publicis iudicijs, cap. penul. Accusatore defuncto res ab alio iudicante præsidi provincie peragi potest. Accursius hinc explicare pedē non potuit. ut autem apertissimus sensus sit, ita omnino legendū esse censeo, Accusatore defuncto reus ab alio iudicate præsidi. hoc sensu, ut in rei accusationē intelligamus succedere posse aliū accusatorem, priore de medio sublato, idq; fieri iudice præsidi provincie, & de hoc disceptate, quis in locum defuncti substituendus sit. id quod eō pertinet, quod dicitur in cap. Aut priuatim, infra Ad Senatuscō. Turpil. Vel de crimine cognoscēte in Provincia. quoniā Romæ Decurie cū Prætorē iudicabāt. Pergi autē reus in criminibus, nō res peragi dicitur. Est autē reū peragere, ita rei accusationē persequi, ut reus tādē dānetur. Vlpianus, Peregisse autē reū nō aliās quis uidetur nisi & cōdemnauerit. Paulus, Destitisse autē is uidetur, qui intra præsinitū accusationis à præsidi tēpus reū suū nō peregerit. Plinius in epistolis, Est lege cautū ut reus antē peragatur: tunc de prauaricatione queratur. ἐπεξίεναι id Græcè dicitur. Demosth. in oratione quæ ad Leptinē inscripta est, Καίτοι κὴ ταῦτα ἀκούω σε λέγειν, ὡς ἄγα θῆς σέ τις γράψαμενοι πρότερον ἐκ ἐπεξίληθον.

IN tracta. De accusationibus cap. penul. Capitis reus suspensio crimine causam fisco deferre non prohibetur. Hic *Pendentis rei.* suspensum crimē sic dicitur, ut pendētes rei dicuntur. Tranquillus in Domit. Reos qui ante quinquennium proximum apud arariū pependissent uniuersos discrimine liberauit, nec repeti nisi intra annū eaq; cōditione permisit, ut accusatori qui causam nō teneret exiliū pœna esset. Aliqui pēdere reos existimāt, quandiu ambiguo causæ euctu in reatu sunt. ego pendere reos inde dictū esse censeo, quō deorū nomina in progrāmate, id est tabella pendula, publicè proposita

posita atq; suspēsa erāt. Idē, de Claudio Cæsare ante imperium loquens, Postremò etiā sestertii octogies pro introitu noui sacerdotij coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit: ut cū obligatā arario fidē liberare nō posset, in uacuum lege prædatoria uenalis pēderit sub edito præfectorū. quibus uerbis Tranquillus significat Claudij bona prædia, id est, publicè obnoxia edito præfectorū ararij diu uenalia pēdidisse, cū emptorē nō inuenirēt. Lāpridius in Alexandro, Itinerū autē dies publicè proponebatur, ita ut editū pēderet ante menses duos: in quo scriptum esset, illo die, illa hora ab urbe sum exiturus. Plinius in epistolis, de Iunio Basso loquens, Accusatus est sub Vespasiano à priuatis duobus: ad Senatū remissus diu pēdit. tādē absolutus uindicatusq; est. Inde illud Ciceronis, p Cluēcio, Hærebant in tabulis publicis reus & accusator: nec sine ignominia calūniæ relinquere poterat accusationē Cluētius. Cæterū morē illū proponēdi progrāmatibus Athenis etiā fuisse, his uerbis Demosthenis satis clarū est in oratione ἡ] Μειδῆς, Ὅτι ἂν λειποταξίς ὀλίγω κατεσκευάσσε κατ' ἐμῆς, κὴ τὸν τῆστο ποιήσοντα ἐμισθώσατο τὸν μιὰρον τῆστον, ἐάσω. Et paulo post, οὐθ' ἔτι & δλενὸς ἐνεκα αὐτὸν ἐμισθώσατο, πληρὶνα ἐκκέοιτο πρὸ τ' ἐπωνύμων, κὴ πάντες ὀρῶν, εὐκτιμῶν λασιεύς ἐγράψατο Δημοσθένω πυνάτια λειποταξίς. ἐκκέοιτο enim significat expositū esset & proscriptū.

IN capite secūdo, De custodia & exhibitione reorum, Quod si non defendatur, in uincula publica duci iubetur, ut ex uinculis causam dicat. Causam dicere interdū est reū esse, & criminis alicuius publici postulātū. Quod Græci tum *Causam dicere.* κρινεῖν dicunt, tum φεύγειν, id est fugere: ut φεύγων φόνος, ex quo more Græcorum inualuit mos loquendi apud imperitos ut fugientem pro reo dicāt, id est pro eo unde aliquid petitur

petitur: ignorantia utique eorum qui sanctiones Iustiniani in Latinum sermonem uertere conati sunt. sic φεύγων δολίαις, qui status controuersiam patitur. Lilius lib. ix. secundi belli Punici, Sententiam deniq; æquè trucem orationi adiecit: Pleminium legatum uinctum Romam deportari placere, & ex uinculis causam dicere: ac si uera foret quæ Locrenses quærerentur in carcere necari oportere. id est, interim dum questio criminis peragitur, in carcere uinctū esse. Plinius lib. vii. Itaque sit proprium Catonis quater & quadragies causam dixisse, nec quæquam sæpius postulatū & semper absolutū. Causam dixisse uocauit inter reos receptum esse, id quod ad uerbū Græci dicunt ἀπολογησάσθαι. Quare Lucæ xxi. clarius uerti sic potuisset, Statuite igitur in cordibus uestris nō præmeditari causam uobis dicendam. μὴ προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι. Interpres respondere dixit, quod defendere significat hoc est iudicio adesse. Cicero in Verrem, act. i. Citatus accusator Marcus Pacilius nescio quo casu nō respondit: non affuit. id est ἔκλειψεν ἐκ τῶν κριτῶν. hoc est, defecisse eum pronuntiatū est, ut nunc loquimur. Respondere etiā accusationi dicuntur patroni causæ defensores. Apud Thucydidem ἀπολογησάσθαι θανάτου δίκην est capitis causam dicere. Cicero in Verrem acti. ult. Quod postea quàm iste cognouit, rationē hanc cepit habere: causam sibi dicendam esse statuerat. Id est, postquā testes in se paratos esse cognouit: cogitare cepit se postulatū iri repetundarū, & se ad id cōparare. Et in Vatiniū. Quæro ex te Vatini, nū quis in hac ciuitate post Urbē conditam Tribuno pleb. appellauit, ne causam diceret? Aliquādo causā dicere, est defendi uel per se, uel per patronū, ut in actis aposto. ca. xxvi. τότε ὁ Παῦλος ἐκτείνας τῶν χεῖρα ἀπελογεῖτο. tum Paulus porrecta manu defensionem exorsus

Ex uinculis causam dicere.

Respondere.

exorsus est, uel causam dicere cepit. & cap. xxiii. εὐθυμότερον τὰ περὶ ἑμαυτῶ ἀπολογημαί: alacrius pro me ipso causam dico. Curtius libr. v. Amyntas uinculis exemptus ut defensionē ordiretur, ita inquit, Sine præiudicio causam dicimus: id est, liberati tantisper uinculis respondemus criminibus obiectis. Vnde causæ dictio Latine, est apologia Græcè. Cæsar lib. i. de bello Gall. Moribus suis Argentorigen ex uinculis causam dicere coegerunt: damnatum pœnam sequi oportebat, ut igni cremaretur. die cōstituta causæ dictionis, Argëtorix omnem suam familiā hominum milia decem undique coëgit: per eos ne causam diceret se eripuit. τὴ μὴ δίκην ὑποσχῆρ ἑαυτὸν ἐξέλετο. Vtraq; significatione Cæsar usus est eodē in loco: altera enim alteri propinqua est. Apud Valerium lib. iiii. ad causam dicendam occurrere, est πρὸς τὸ ἀπολογεῖσθαι ἀπαντᾶν. Inde factum ut indicta causa dānari dicantur, qui ad iudiciū uocati non affuerunt, absentesq; sententiā passi sunt: ut apud Curtium lib. viii. Itaq; nullius cædes maiorē Alexādro excitauit inuidiā, quàm quod uirum optimis moribus artibusq; præditū nō tantum occiderit, sed etiā torserit indicta quidē causa. de Callisthene loquens. Cic. i. de Leg. Vt dictator qui esset, quē uellet ciuiū indicta causa impune posset occidere. Id est inauditū, ut loquimur nunc, ἀκρίτως & ἀκρίτου ἀποκτείνειν. cum alioquin indicta causa dānari, sit ἐρήμην καταδικασθῆναι, uel ἐξ ἐρήμης ἐαλωκέναι. unde eremodiciū dictū. Interdum causam dicere, est renuere, recusare, repugnare. Plaut. in Milite, Si prehendero te posthac, arcebo testibus. Pyrg. Causam haud dico. Dicitur & nihil causæ est. Sed si quid modò faxis, nū quid causæ est ilico quin te in pistrinū dedā? id est recusabis ne, aut renues ne? Cic. de lege Agraria, Si doceo illa quæ dixi, num quid causæ est Quirites,

Indicta causæ damnari.

Causam haud dico.

Num quid causæ est.

cc quin

quin illa criminatione qua in me absentē usus est, nō solūm meā sed etiā uestrā diligentīā prudentiamq; despexerit: id est nū inficiari ille potest? Dicitur etiā quippiā causari: ut idē pro Roscio, Si planū scio te post hāc stipulationē Rosci fest. ccc. abstulisse: nū quid causare quin ab iudicio ab eas turpissimē uictus? πῶς δὲ ἀπει ἐκ τῆς δικαστικῆς αἰσχισα κεκράσμενος; Thucyd. πῶς δὲ δεινὰ ἔργασαι. uel ἔσθ' ὅπως δὲ οὐδὲ χάσῃ ἀπιὼν αἰσχισα ἀλισηκόμενος. uel τίς ἐτι μηχανή μὴ δὲ χί ἀπιέναι σε; uel δὲ ἀρ φθάνοις αἰσχισα ἀπαλλαγείς ἐκ τῆς δικαστικῆς. Dicit et alijs modis potest utraque lingua: nisi in ijs quae par erga dicuntur, plusculi ipsi esse, quam in opere ipso suscepto uideri uereremur.

IN capite, Diuus: Et ideo cū quis faceret iuberi oportet uenire Irenarchā. Lego ex obseruatione antiqui exemplaris, & cōiectura ductus, Et ideo cum quis ἀνάκρισις faceret. Est autem anacrisis ueritatis indagatio, exploratio, percūctatio. unde factum ut etiā quaestione iudicalem, reorūq; interrogationē significet, quae in causis iudicij cōstitutionem praecedat uel litis cōtestationē. At in causis capitalibus anacrisis erat cū delato nomine rei receptoq; accusator interrogabatur à magistratu, an omnino cōstituisset accusationē prosequi reūq; peragere: an testes aut testimonia exhiberi postularet, et alia eodē pertinētia. idq; ἀνακρίνειν à percunctando dicebatur. Demosthenes κατὰ Μειδίαν, Καὶ γὰρ ἀνεκρίνετο ταύτων τῶν γραφῶν ὁ συκοφάντης ἐκείνος, οὐδ' ἔτος ἰδενὸς ἐνεκα αὐτῶν ἐμισθώσατο, πλήρ ἵνα ἐκκείσθῃ, πρὸ τῶ ἐπιόντων, καὶ πάντες ὁρῶντες, ἐυκλήμων λασιεὺς ἐγράψατο Δημοσθένει τὴν αὐτῆς λειπόμενης. ἀνεκρίνετο ταύτων τῶν γραφῶν inquit: id est, Neq; enim ille calumniator ad diē affuit percūctationis solēnis, ut rogaretur à magistratu, quod perinde ualet ac si diceret, accusationem pro derelicto habuit

habuit: cuius rei multa erat ignominia nota. erat enim simile aliquid iurisiurandi de calumnia. Et κατὰ Ὀλυμπιοδώρα, Καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἀρχὼν ἀνέκεινε πᾶσι τοῖς ἀμφοιβήτεσι, καὶ ἀνακρίνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον. καὶ οὐτοσί ἡγῶ νίξοτο πρῶτος. Est etiā ἀνάκρισις interrogatio testiū & quaestio de aliquo facto habita. ut apud Athenienses, ubi de Cydonijs malis loquitur. ἐπιγνώσθηναι ἢ τῆτο ὑστερον ἐξ ἀνακρίσεως τῆ το φάρμακον πωλίσαντος, καὶ ἐπιγνώσθῃ το γενόμενον ἐκ τῆς τῶν μίλων συνθέσεως. Et q; Latini quae rere dicunt & quaestione habere, q; etiā inquirere dicitur: id Graeci uocāt ἀνακρίνειν: & ἀνάκρισις ipsam quaestionem, reorūq; interrogationē, siue id p tormēta fiat, siue sine tormētis. Plutarc. de Augusto, γράψας νόμον πῶς δεῖ ἀνακρίνεσθαι τῆς ἐν αἰτίας γενομένης, καὶ πῶς δεῖ κολάζεσθαι τῆς ἀλόγως. cū lege sanxisset quonā modo de reis habenda sit quaestio, qualiq; animaduersione in cōuictos uindicādū esset. Id uulgò processum rei delati aut cōprehēsi facere uocāt: et ex ore eius rei ueritatē exquirere. ἀνάκρισις etiā aliud significat nō absimile diuinationi de accusatore cōstituēdo. sed nihil nūc ad rē pertinet. Quod autē hic ἀνάκρισις legere debeamus, ex diui Luca loco intelligi potest actorum uigesimo quinto. ubi Festus praeses ait se ἀνάκρισις de Paulo facturum, eaq; demum facta ad Caesarem Paulū missurū cū elogio. ὅπως τ' ἀνακρίσεως γενομένης σχῶ τι γράψαι. absurdum enim esset, inquit, hominem causam ex uinculis dicturum mittere, & crimina contra eum testata praetermittere. καὶ τὰς κατ' αὐτῆς αἰτίας μὴ σημάναι. Ex cuius uerbis satis patet quid sint reorū elogia, cuius in hoc loco Iuriscōsul. meminit. Sequitur, διὸ προήγαγον αὐτῶν ἐφ' ὑμῶν. ideo in mediū producendū coram uobis iussi, ut palā scilicet de eo quaestio percūctatioq; haberetur. In summa ἀνακρίνειν

κρίνω uerbū est Atticorū, & significat τὸ ἀναπυθάνομαι
ἢ ἀνερωτῶ, ἢ ἐξετάζω, ἢ βασιλεύω, ἢ κρίνω λέγεται.

IN cap. Ne quis, sub eodē tit. De custodia reorum. Et
Dicere multā. ijs qui uinctos soluerint multā dices. Dicere multā
uerbum est antiqui iuris. Gellius lib. x. Quum autem usus
& mos sermonum is sit, ut ita & nos loquamur ut pleriq;
ueterū locuti sunt: multā dixit & multā dicta est: non
esse ab re putauit notare quod M. Cato aliter dixit, in quar-
to Originum. Idem ex Varrone, Sed cum eiusmodi multā
pecoris armentiq; à magistratibus dicta erat: adigebantur
oues bouesq; Hoc prisco more locutus est Alexander Im-
perator: in principio De modo multarum, Codice Iusti-
niani. Liuius lib. v. secundi belli Punici, Tribuni pl. cum
rem infamem inuisamq; cernerent: ducentum m. aris mul-
tā Posthumio dixerunt. προσετίμησαν τῷ δημοσίῳ
uel ἐτίμησαντο χρημάτων αὐτῷ τῷ Ποσειδίῳ. Quoniam
autē libēter haētenus feci, ut cū ita tulisset occasio, operam
& ipse uirilē impenderē in interpolanda Latine linguae
elegātia: in hac quoq; ipsa functione tametsi defunctoria, id
ipse facere institui, cum eo quoque ut additamenti libera-
lioris nomine Graecorum nōnunquā locutiones subiungā,
quandoquidem memoriae nostrae instituto, & quod ad lite-
rarum quidem meliorū profectum pertinet, felicitate mira
huius aetatis effectum est, ut lingua Latina Graecaq; diu in-
ter se peregrinae & exterae, nec inter se noscitantē, uete-
rem non modō affinitatem agnoscerent, sed etiā cognatio-
nem: tessera utiq; necessitudinis auitae ē monumentis eruta
situ & carie squallentibus: societatem etiam studiorū mu-
tuo ut coirēt denuo, cōmercijq; iura passim atq; contuber-
nij usurparent. Fremant frendeantq; licet, uociferationeq;
rūpātur homines aduersis musis nati, tumultuoseq; redi-
mētent

Commercii &
cognatio linguae
Latine cum
Graeca.

mitent: spero huius studij commentationisq; paucis annis
euasuram eō contentione, antiqua plenāq; ut ratio colen-
dæ philosophiæ perpoliendorumq; ingeniorū uelut redi-
uiua generi humano uitāq; restituatur. Itaque quando in
mentionē multae dicendae incidimus, hoc quoq; congruen-
ter iam dictis addere poterimus: hoc uerbum dicere alijs
etiā uocabulis olim peculiari quodam iure attributum fuis-
se, quodamq; coniugio deuictum. Dicere sacramento, ser-
mo est antiquorum. Liuius lib. v. secundi belli Punici, Si
qui roboris satis ad ferenda arma habere uiderentur, etiā
si nondum militari aetate essent, milites fierent: Tribuni
plebis, si eis uideretur, ad populum ferrent, ut qui mino-
res decem & septem annis sacramento dixissent: ijs perin-
de stipendia procederent, ac si x. annorum aut maiores
milites facti essent. Plinius ad Traianū, de seruis inter ty-
rones inuentis, Ipse enim dubito ob haec maximē: quod
ut iam dixerant sacramento, ita nondū distributi in nume-
ros erant, qui locus corruptē legitur in peruulgatis exem-
plaribus. Dicere hoc in loco pro destinare & dicare ac-
cipi potest. hoc enim etiam dicere significat, teste Nonio.
Idem Liuius lib. IIII. ab Vrbe condita, Hoc decreto con-
sul armatus, cum paucis appellantis tribunū, collum tor-
sisset: metu cæteri sacramento dixere. Dicere doti dicebāt,
pro in dotem promittere. Terentius in Heauton. Sed ita di-
ctu opus est, si me uis saluum esse, & rem & filiū: me mea
bona omnia doti dixisse illi. Cicero pro Flac. Doti (in-
quit) Valeria omnē suā pecuniā dixerat. Idem, Si sit in tu-
tela Flacci: quaecunq; sine hoc autore est dicta dos, nulla
est. Inde dicta puella. Nonius, Inter speratam (inquit)
dictā, pactā & sponsam hoc interest, quod uirgo postquā
petitur, sperata dicitur: dehinc promissa, dicta uel pacta.

Dicere sacra-
mento.

Dicere doti.

Dicta sponsa
& pacta.

Vergilius, Et coniunx quondam tua dicta relinquitur. Reliqua exempla sunt apud Nonium. Dicere diem est constituere, ut in illo Terentiano: Placuit: despondit: hic nuptijs dictus est dies. Inde fit ut dicere diem sit uadimonio capitali obstringere. Liuius lib. III. ab Vrbe condita, Verginius ex collegio unus Cæsoni capitis diem dicit. Tranquillus in Cæsare, Subornauit etiã qui Caio Valerio perduellionis diẽ diceret. *παρεσκευασατο τὸν κρινοῦντα τὸν Ὀυαλέριον προσδοσίας: uel ὑπῆκε τὸν προβαλοῦμενον ἐπιβλεῦσαι Ὀυαλέριον κατὰ τῆς πολιτείας.* Dicere etiã dictatorem dicebãt pro creare. Liuius, Nam neq; id uitium nostri facile fuisse, cum consul oriente nocte silẽtio diceret dictatorem. Idem, Quod plebeius dictator sit dictus, id uitium auguribus uisum. Et dicere magistrum equitum.

IN tractatu, Legis Iuliæ maiestatis, in principio: Maiestatis crimẽ est illud quod aduersus populum Romanum, uel aduersus securitatẽ eius cõmittitur. Securitatis significationem non intellexisse Accursium hoc tempore risu dignum esse censetur: illa tamen ætate uenia dignum uideri potuit. Sed in huiuscemodi (quæ multa sunt in libris huius studij) loca, ignorantie noxa longè lateq; grassari solet. nam chorus ille Iurisperitorũ, qui docturæ appellatione censentur, præiudicium ferè Accursianæ autoritatis sequuntur in interpretatione uocũ. Quibus uerò hodie iuridica tribunalia insidere cõtigit, aut subsellia curiarum liliata implere: ij si in eorum autoritate esse omnino sibi persuaserunt (quæ multò maxima pars est hominũ iuris peritia præditorum) Accursianæ imperitiæ contagione ut inficiantur necesse est. At sententiæ numero in iudicijs & consilijs ualent, unde decreta conficiuntur: stomachante interdum paucorum intelligentia, quæ etiam risu, ne quid dicam indignius, excipi solet. Ita quo tandem pertineat uis

huius mali, animaduertentibus satis conspicuum est. Mihi huiuscemodi indignitatem oculis auribusq; arbitrari non semel contigit: ex quo in eos confessus admissus sum in urbe atque in comitatu principis, quibus res controuersas semel iudicare moribus nostris comparatum est. Affui aliquando cum hic locus citaretur, in sententiamq; Accursij haud dubiè traheretur ad confirmandam censentium opinionem. Id quod ego rogatus sententiam quasi aliud agens perstrinxi, nullius addictus iurare in uerba magistri: sic enim ab illis doctores appellantur. Sed & tum & aliàs attentionem magis, quàm assensionem merui: tametsi in familiariori confesso paucorum æquis sæpe hominibus usus sum, ui ueritatis ut uidebatur magis, quàm autoritate mea aut existimatione ualẽte. Securitas est quam Græci ἀσφάλεια uocant, & ἀμερμύνη atque etiam ἀσφάλεια. Cicero euthymiam Democriti, securitatẽ appellat in Finibus his uerbis, Democriti autẽ securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellat euthymiam, eò separanda fuit ab hac disputatiõe, quia ista animi tranquillitas est ea ipsa beata uita. Securitas curæ & anxietati opponitur. Securus seorsum à curis est, ἀμερμύνης ἔχωρ: qui scilicet uacat perturbationibus animi: hoc est εὐθύμως ἔχωρ καὶ ἀπαθῶς. qualis est illa Democriti. Sed securitas reip. est ἀσφάλεια: cum scilicet status Reip. ita cõpositus est, ut nulla ex parte periculũ imminere uideatur, nec sit metus belli externi aut intestini. et ita hoc loco securitas ab Ulpiano Latine locutionis libenter obseruãte, ut tum ferre tempus & professio potuit, accepta est. Ab simili Latini sermonis ignoratione, nisi fallor, corruptũ est pulcherrimũ apophthegma Sapientis, cap. x v. Prouerbiorũ, Omnes dies pauperis mali secreta mens: quasi iuge cõuiuium. neq; enim mali epithetum est

Securitas.

Locus in pro-
uerbijs.

cc * paup

pauperis, ut scholiastæ & glossularij intellexerunt: sed est substantiuum nomen, hoc sensu: Omnis uita pauperis animi est cōstitutio securitate mali prædita. Sic Luca. in v. Phars. O uita tuta facultas Pauperis, angustiꝫ lares: ô munera nondum Intellecta Deūm. quibus hoc contingere templis, Aut potuit muris nullo trepidare tumultu Cesarea pulsante manu? Securus enim genitiuo iungitur, ut apud Quintil. in viii. qui de Tautologia loquens, Hæc enim (inquit) quanquam non magnopere summis autoribus uitata, interrim uitium uideri potest: in quod sæpe incidit etiam Cicero, securus tam paruæ obseruationis. Et apud Vergilium, Securus amorum. Similis est inscitia Accursij in interpretatione uocabuli impostura, in tractatu, De crimine stellionatus: & in alijs permultis, quæ hodie notiora sunt, quam ut adnotari inter animaduersa à nobis mereatur. Siquis autem Latine dicere cupit, quod Accursius intellexit securitatis uocabulo significari: hoc modo dicendum erit, contra fidem publicā aliquid esse commissum. Lilius, Quos Philopomen depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt fide accepta à legatis, uim abfuturā donec causā dixissent. Sallustius, Postubi fide publica accepta dicere iussus est: omnia aperit. Idē, Comes eius qui Romā fide publica uenerat. Cicero in Pisonē, Hunc Thessalonicam fide tua uenire iussisti. Nostri saluum cōductum uocāt. Securitas autem in hoc significatu uernacula est locutio non Latina, tametsi à Græcis ἀσφάλεια & ἀσφάλεια dicatur cauere alicui, hoc est satisfato promittere: quod uicinam habet significationem superiori. ἀσφάλεια & ἀσφάλεια dixit Andocides orator: plebiscito potestate facere impunitate promissa. Pausanias ἀσφάλεια & ἀσφάλεια.

Fide publica uenire.

Decedere. In capite sequenti, Qui ue ē prouincia cū ei successum esset, non discessit. legendum decessit. Est autem decedere, ei qui

qui successor missus est cedere. Cicero ad Attic. Non putet nos senatus antè oportere decedere, quàm nobis successum sit. Inde decessor Vlpiano, in lege, Obseruare. in tract. De offic. proconsulis, Rectè autem (inquit) & ordine faciet, si edictum decessori suo miserit: significetq; quo die fines sit ingressurus. Cū autem successum esse alicui dicebāt, abrogatum ei imperium esse significabant. Et successorem dare uel mittere, est magistratum abrogare: quod nunc officium auferre uulgò dicimus. Lampridius de Alexandro, Si unquā alicui presentium successorem dedit, semper illud addidit: gratias tibi agit resp. eumq; ita muneratus est, ut priuatus posset honestè uiuere. Capitolinus in Anto. Successorem uiuenti iudici nulli dedit: nisi Orphito præfecto Urbis, sed petenti. ἑδὲνα παρὲλυσε δικαστῆρ τῆς ἀρχῆς. Cicero in Piso. Cū tu non solum quod tibi succederetur, sed etiā quod Gabinio nō succederetur, penè exāguis & mortuus concidisti. Idem in eundem, Altera ratio, quod ij quos in prouincia liberalitatis & uirtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant. A quo autore adnotādum est eos decedere dici, qui in Urbem redierāt. ut pro Muræna, Multi obuiam prodierūt de prouincia decedenti. Inde decessio, Cicero ad Q. Fratrem, Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. Est etiam decedere, idem quod cedere. Idem ad equites Rom. Quas ob res inimicorum amentia, cupiditatisq; paucorum, omnium salutis causa decedam. Τῆς ἑξ ἑρῶν μὲ ἀνοίᾳ ἐκχωρήσω. Decedere autē de officio & dignitate sic dicitur, ut decedere de more suo: hoc est contra quam decet atque officiosum est, aliquid agere. Cicero in Verr. Quid faceres pro homine innocēte & propinquo, cū propter hominem perditissimum atq; alienissimum de officio decesseris? Idem, Hi cū de tuis factis publicè conque-

Decedere.

Decedere de officio & more.

runtur: non ne indicant, tantas esse iniurias, ut multo maluerint de suo more decedere, quam de tuis moribus non dicere? Dicitur & officio decedere. Liuius, Eas quoque colonias quæ officio decessisset: et reliqua. id est, in officiose egerant: quæ officio non erant in Rom. pop. functæ. αἱ τὰ καθήκοντα δὲ ἀποτελέσασαι. decedere etiam alicui, est homini occurrere nolle, & uitare hominē. Caesar, Quibus ita interdicitū est, ijs omnes decedunt: aditū sermonēque; defugiunt. τούτους πάντας ἐκτρέπονται. interdum tamē honoris causa de uia decedimus, id est, ὑπεξιστάμεθα. Plutarchus in Graccho. Καὶ γαῖς βεττέρις θάνατον κατέγνωσαν, ὅτι δημάρχῳ περυσμένῳ δι' ἀγορᾶς, δὲ ὑπεξέστη μόνῳ. ubi subintelligendum τῆς δόξης. Decedere de iure suo quid sit, nos alibi diximus. ἢ δικαίῳ ὑπέσθαι ἢ ἑαυτῆ. Quibus autem successor mittitur, ἢ ἀνάστατοι dicuntur. Successorem mittere, ἐπαποστέλλειν τὸν διαδεξιόμενον.

IN cap. sequenti, Qualis est ille qui in bellis cesserit, aut arcem tenuerit, aut castra concesserit. Existimo legendum uno uerbo imbellis, & deesse hic negationē: ut sit, Qui arcem nō tenuerit, uel potius aut hostē arcere renuerit, id est propulsare hostes cū posset, noluerit. Liuius de Fulvio, qui exercitum in Apulia auiserat, Ergo effecisse ut & feroces & inquieti inter socios, ignaui & imbelles inter hostes essent: nec hercule mirum esse, milites in acie non stetisse, cum primus omnium Imperator fugeret. Et paulū infra, Bis (inquit) Fuluius est accusatus, pecuniāque; acquisitum: tertio testibus datis, cū iurati permulti dicerēt fugæ pauorisque; initium à prætore ortum: tanta ira accensa est, ut id capite acquirendum cōcio succlamaret. tum Sempronius perduellionis se iudicare Gneo Fulvio dixit: diemque; comitijs à Calphurnio prætore petit. Quo in loco, ut & in alijs, iudicare antiquo more

Perduellionis iudicare.

Iudicare.

more dictum est ex imitatione Græcorum, qui κείναι dicunt pro diem dicere, ut superius diximus. Apud Sudam etiam legimus capitalē fuisse noxam imbelliæ & stationis desertæ. παρὰ γὰρ Ῥωμαίοις θάνατος πρόστιμον λιπὸν τιμῆς ἐπελείατο. Tranquillus de Augusto, Cohortes si quæ cesserent loco, decimatas ordeo pauit: Centuriones statione desertæ, itidē ut manipulares, capitali animaduersione puniunt. Possumus etiam intelligere quam Græci ἐθελοκακία uocant: cum milites Imperatori insensū uincere nolunt. Paus. κατὰ γυρόντες ἐθελοκακίῃσαι σφᾶς ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Κάσανδρον. est enim ἐθελοκακίᾳ hoc in loco, cōsulta & meditata ignauiā hosti cedere. Sic Herodotus, Οἱ ἡ πλεῖστοι ἐθελοκακίᾳ τε καὶ ἐφευγοῦ. eam ob causam decimatū exercitū ab Appio Claudio consule Romano apud Liuiū legimus lib. 11. ab Vrbe cōdita circa finē. Aut imbellis igitur, aut imbellia legendū est, alioquin nō in bellis Iurisconsultus, sed in prælijs dixisset. At uerò quæ sequuntur in cap. Non contrahit, nugatoria uideri possent, nisi uestigia principum crudelitatis in ipsis agnosceremus ex scriptis historicorū. Traquillus in Tyberio, Sub idem tempus (inquit) consulente prætore an iudicia maiestatis cogi iuberet: exercendas esse leges respondit, & atrocissimè exercuit. Statuæ quidam Augusti caput dempserat, ut alterius imponeret. acta res in Senatu: & quia ambigebatur, per tormenta quæ sita est. damnato reo, paulatim eò calumniæ res processit, ut hæc quoque capitalia essent: circa Augusti simulachrum seruum cæcidisse, uestem mutasse, nummo uel annulo effigiem impressam latrinæ aut lupanari intulisse. & reliqua quæ autor ille prosequitur. Hoc enim crimē latissimè olim patebat sub tyrannis Imperatoribus. Propterea Plinius in Panegy. ad Traianū, Locuple

cupletabāt (inquit) & fiscum & ararium non tam Voco-
niæ & Iuliæ leges, quàm maiestatis singulare & unicum
crimē eorū qui crimine uacarent. Huius tu metum penitus
sustulisti, cōtentus magnitudine: qua nulli magis caruerūt,
quàm qui sibi maiestatem uindicabāt. Plinius auunculus lib.
xxxiii. Fuit & alia Claudij principatu differētia inso-
lens ijs quibus admissiōē liberti eius dedissent: imaginem
principis in annulo ex auro gerendi: magna criminū occa-
sione, quæ omnia salutaris exortus Vespasiani principis
aboluit æqualiter publicādo principem. Hoc idē se fecisse
Alexāder Imperator Roma. testatur in sanctione sua, quæ
primo loco sita est sub eodem titulo, in Codice Iustiniani.
Ouidius lib. v. Fastorū, ex Honoris & Reuerētiæ coniu-
gio ortam esse Maiestatem uoluit. antea autē nec ætatis nec
dignitatis habebatur ratio, summaq; imis erant permixta:
postea autē ordines rerū diuinarū humanarūq; distincti,

Donec Honor placidoq; decens Reuerentia uultu

Corpora legitimis impoſuere toris.

Hinc sata Maiestas, quæ mundum temperat omnem:

Quaq; die partu est edita, magna fuit.

Et paulò inferius,

Protinus intrauit mentes suspectus honorum.

Fit pretium dignis: nec sibi quisque placet.

Et rursus,

Asidet ipsa Ioui, Iouis est fidiſſima custos:

Et præstat sine ui scepra tenere Ioui.

Venit & in terras: coluerunt Romulus illam

Et Numa: mox alij tempore quisque suo.

Maiestas erat in populo, & autoritas in senatu: cuius
definitio Ciceronis uerbis mox explicabitur. Maiestatis
crimen duplex erat: unum læsæ, & alterū imminutæ: cuius

nulla

Maiestas in po-
pulo.

Maiestas im-
minuta.

nulla in iure mētio extat. Læsæ exemplum est memorabile
apud Tranquillum in Claudio, Notauit (inquit) & quen-
dam quòd comes regis in prouincia fuisset: referēs maiorū
tēporibus, Rabyrio Posthumo Ptolemæū Alexādrīā cre-
diti seruandi causa secuto, crimen maiestatis apud iudices
motū. Ex quibus uerbis apparet maiestatem populi Roma- *Maiestas læsa.*
ni læsam maiores ob id existimasse, quòd ciuis Romanus
asseclā se regi & comitē præbere nō dubitasset cōtra mo-
rem maiorū, ut creditā pecuniā reciperet. Imminutæ maie-
statis Cicero lib. ii. de Oratore meminit: Si res (inquit)
totā queritur: definitione uniuersa uis explicāda est sic. Si
maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit
qui exercitum hostibus Pop. Romani tradidit. Idem alibi,
Mihī ipsi cum Sulpitio fuit in Norbani causa contentio.
Pleraq; enim de ijs quæ ab ipso obijciēbātur cūm confite-
rer, tamen ab illo maiestatem imminutam negabam: ex quo
uerbo lege Apuleia tota illa causa pendebat. Et in Parti-
tionibus orato. Maiestas (inquit) est in imperij atque Pop.
Romani dignitate, quā minuit is qui per uim multitudinē
ad seditionem uocauit. Hinc existit illa discēptatio, minue-
rit ne maiestatem, qui uolūtate Pop. Rom. rē gratā & æquā
per uim egit. Quod Cicero minuere maiestatem uocat, ætas
sequēs ledere appellauit. Dicebāt & soluere maiestatem: ut *Soluere maie-
statem.*
Liuius lib. ii. secūdi Bel. Pun. Horū opportunus aduentus
consules imperij potentes fecit, cūm ambitio alterius suam
primū apud eos praua indulgentia maiestatem soluiſſet. Cui
contrariū est retinere maiestatem: Quod nunc uulgus ser- *Retinere maie-
statem.*
uare auctoritatem uocat. Vt idem lib. iii. bel. Maced. Si
in sua quisque nostrum matrefa. Quirites ius & maieſta-
tem uiri retinere instituiſſet: minus cum uniuersis fœminis
negotij haberemus. Cicero in Orat. perfectō, Ius omne re-
tinend

Constituere ma-
iestatem.

Maiestatē pop.
Roma. comiter
conseruent.

tinendæ maiestatis Rabyrij causa continebat: ergo in omni genere contentionis exarsimus. Dicitur & eleganter constituere maiestatem: quod significat lapsam aut labantem confirmare dignitatis uenerationem, atq; amplitudinis existimationem. ut in illo loco concionis Sallustianæ, Maiores nostri parandi iuris & maiestatis constituendæ gratia per successiōem armati bis Auentinum montē occupauerunt. Ab antiqua etiam loquendi consuetudine dixit Procopius inferius, in tract. De captiuis, cap. Non dubito, siue in populus fœderatus est: siue fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi maiestatem comiter conseruaret. Hoc enim adijcitur ut intelligatur alterū populum superiorem esse: non ut intelligatur alterū, non esse liberum, Hæc uerba Cicero in Orat. pro Cornel. Balbo interpretatur his uerbis, de Gaditanorum fœdere loquēs, Adiuuctum etiam illud est, quod nō est in omnibus fœderibus. Maiestatem Pop. Rom. comiter conseruent. Id habet hanc uim, ut sit ille populus in fœdere inferior. Primū uerbi genus huius conseruēt: quo magis in legibus quàm in fœderibus uti solemus: imperantis est, non precantis. Deinde cū alterius populi maiestas conseruari iubetur, de altero siletur: certē ille populus in superiore conditione causaq; ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. In quo erat interpretatio accusatoris indigna responsione: qui ita dicebat comiter esse communiter. Comes benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui erranti monstrant uiam. communiter quidem certē non conuenit. His uerbis Ciceronis apparet non communiter legendum in eo loco, ut Accursius suspicatus est. Dicebant etiam conseruare maiestatem: quod Liuius & Valerius post Ciceronem retinere dixerunt. ut idem pro Rabyrio perduellionis, Fit senatus

tus cons. ut consules adhiberēt Trib. pleb. & Prætores quos eis uideretur: operamq; darent ut imperium populi Romani, maiestasq; conseruaretur. Id nunc uulgò dicunt, Ita agant ut rex sit potentior uel fortior: uel ita faciāt, ut iustitiæ obediatur. Maieestas τὸ ἀξίωμα dicitur & τὸ ἀξιωματικόν. dicitur, & τὸ μεγαλῆον. Minuere autem & imminuere uerba usitata antiquis fuerunt, quàm ledere. ut Cicero in Philipp. pri. Quid enim turpius, quàm qui maiestatem populi Romani per uim minuerit: eum damnatum iudicio ad eam ipsam reuerti propter quā sit iure damnatus? Per uim minuisse maiestatem publicam dicit eum, qui uim publicam commiserat. Sic imminuere imperiū dicebant: ut Liuius lib. V I I I. ab urbe condita, Religio incessit, ab ijs quorum imminutum imperium esset comitia haberi. Imminutum imperium dicit eorum qui iussi erant magistratu se abdicare. Id sic Græcè dici potest, ἐνθύμιον ἢ ἐποίησαντο τῆς τῆς ἀρχαιρείας βραβεύειν ὡς τὸ κράτ & ἠλάττωτο. Cæsar lib. I I I. de bello ciuili, Concursum ad se fieri uidet, quod fasces anteferrētur, in hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui prædicabat. τὸ ἀξίωμα τὸ βασιλικόν κολούεσθαι ἔφασαν, de Alexādrinis loquēs. Sic imminuere ius imperij. Cic. in Verrem actione v. Tritici modia L X. M. empti populo Romano dare debebant & solebant: abs te solo remissum est: respublica detrimentū fecit, quod per te imperij ius una in ciuitate imminutum est. Idem in eadem, In hoc facinore dij immortales uiolati: existimatio atque autoritas Romani nominis imminuta. Et pro lege Manilia, Patres nostri libertatem ciuium Rom. imminutam non tulerunt: uos uitam ereptā negligetis? Inde imminuere magistratum dicebant: quod nunc derogare iuribus, & prerogatiuis officij dicunt. Idem in Verr. Cur imminuisti ius legationis? quo

Et imperium
populi Rom. ma-
iestasq; conser-
uetur.

Minuere ma-
iestatem.

Imminuere im-
perium.

Imminuere ma-
gistratum.

in

in loco Aſconius, Qui poteſtatem (inquit) ſuam in admi-
niſtrando non defenderit: imminuti magiſtratus ueluti ma-
ieſtatis læſæ reus eſt. Liuius lib. IIII. de Aemylio Mamer-
co loquens, qui cenſuram antea quinquennalem lege dicta-
toria annuam ac ſemeſtrem fecerat: Cēſores (inquit) ægrè
paſſi, Mamercum quòd magiſtratum populi Rom. minuiſ-
ſet, tribu mouerunt. Plinius in Paneg. Nullius ab eo magi-
ſtratus ius, nullius poteſtas imminuta eſt: aucta etiam: ſiqui-
dem pleraq; ad prætores remittebat. Hic loquendi modus
à Græcis tractus uidetur. Ariſtoteles in ſecundo Politicōn,
καὶ τὸ μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βελήν ἐφ' ἰαλτίας ἐκόλυσε καὶ
Περικλῆς. Plutarchus itidem ſæpe. Adnotauimus autem
apud priſcos hoc crimen maięſtatis eſſe uocatum, non læſæ
maięſtatis, ut ex locis à nobis citatis liquet, nullumq; Iuriſ-
conſultorum in hoc tractatu, præter Papinianū læſam ma-
ieſtatem dixiſſe. Laudatur etiam Paulus autor huius uoca-
buli, in lege Meminiſſe, Codice ſub eodē titulo. Priſci per-
duellionem uocabāt, quam coniurationem hiſtorici appel-
lant, & quicquid ita committebatur, ut in euerſionem li-
bertatis Romanæ cederet. Valerius lib. VI. Cūm Tyberius
Gracchus & C. Claudius ob nimis ſeuerè geſtam cēſuram
maiorem partem ciuitatis exaſperaffent: ijs Marcus Popi-
lius trib. pleb. perduellionis ad populum diem dixit. hoc iu-
diciū obſoleuiſſe tandem ex Ciceronis uerbis conijcio in
oratione pro Rabyrio, Nam perduellionis (inquit) iudi-
cio, quod à me ſublato eſſe criminari ſoles: meum crimen
eſt non Rabyrij. Quod utinā Quirites ego, aut id primus,
aut ſolus ex hac republica ſuſtuliffem. Quid enim optari
poſteſt, quod ego mallem, quàm me in conſulatu meo car-
nificem de foro, crucem de campo ſuſtuliffem? Et paulò in-
ferius, Quamobrem uter noſtrum tandem Labiene popula-
ris

Maieſtatis cri-
men.

perduellio.

ris eſt? tu'ne qui ciuibus Roma. in concione ipſa carnifi-
cem, qui uincula adhiberi putas oportere: qui in cāpo Mar-
tio comitijs centuriatis, auſpicato in loco, crucem ad ciuium
Rom. ſupplicium deſigi & conſtitui iubes? & reliqua quæ
ille porrò dixit: unde intelligimus uetuiſſimam illam fuiſ-
ſe legem ſæuiſſima ſanctione horrendam. Perduellionis au-
tem crimen Rabyrio intenderat Labienus Trib. ple. ob Sa-
turnini mortem, qui ſenatus autoritate contra fidem publi-
cam interfectus fuerat: ſenatusconſ. ſcilicet factò in hæc uer-
ba, operam darent conſules, ut imperium populi Roma-
ni, maięſtasq; conſeruaretur. Propterea in Oratore perfe-
cto Cicero gloriatur ſe apud populum ſenatus autoritatem
deſendiſſe in cauſa Rabyrij. Vlpianus hic perduellionis cri-
men diſtinxit ab eo quod maięſtatis appellatur, & latiſſi-
mè patet. Hic addam unum quod ad maięſtatis crimen per-
tinet, ex Plutarcho in Gracchis: Gaium Buturium ultimo
ſupplicio affectum à Romanis, quòd Tribuno plebis de
uia non deceſſiſſet in foro ambulanti, cum inſtituto anti-
quo omnes ei cedere moris eſſet. Tacitus maięſtatis crimen
& coniurationis diſtinguere mihi uidetur his uerbis libro
XIIII. Antiſtius (inquit) qui carmina probroſa in prin-
cipem factitauerat, maięſtatis delatus eſt. Et libro decimo-
ſexto, Criſpinus nuper crimine coniurationis in Sardiniam
exactus, accepto iuſſæ mortis nūtio ſemet interfecit. Quin-
tus Curtius libro quinto autor eſt huius criminis horren-
dam fuiſſe legem olim apud Macedonas: è qua, ut opinor,
oriunda lex fuit illa cantatiſſima Honorij & Arcadij, quæ
ſub eodem titulo extat in Codice Iuſtiniani. Quam Alexā-
der libro ſeptimo eiufdem Curtij his uerbis gloriatur ſe ſu-
ſtuliffem & antiquaſſe. ad conuictos enim coniurationis lo-
quens, Non oportebat (inquit) uos ſcire quid de ueſtris pa-
rentibus

Maieſtatis cri-
men, & coniu-
rationis.

d d rentibus

Animadu-
tendi locus.

rentibus statuissem, quo tristiores periretis, si qua uobis parentum memoria & cura est. Sed olim istum morem occidendi, cum scelestis insontes propinquos parētesq; solui. Hoc exemplum Alexandri secuti ijdem ipsi Arcadius & Honorius sanctionem illam promulgarunt, quæ est in tract. De pœnis, Cod. cuius initium, Sancimus. Quæ lege ego legem Quisquis, abrogatam esse aliquando censui in amplissimo confesso: tamen si religione iudicandi magis adductus id fererim, quàm persuadendi fiducia, apud eos quidē qui tempora cuiusq; legum authoris animaduertere negligunt, quandoquidem interpretes iuris rationem temporum nō habuerunt, quorum hodie responsis stat huius doctrinæ estimatio & autoritas. Mihi uerò in eo falli interdum uidentur homines alioquin iuris peritissimi, quod aut uerbis legum uim afferunt, aut Iurisperitorum respōsis: cum locos iuris discrepantes interpretationibus inter se dissidentibus ad consentū reducere se credunt. Id adeò mihi estimare in mētē uenit, cum legem secundam tituli, De prædijs minorum, quæ lex est Gordiani libro v. Codicis, cum lege Iustiniani componerē, quæ est sub titulo, Si maior factus alienationē ratā habuerit. cum enim longē promptius, tum etiam uerò propius mihi uidetur, antiquiorem legem posteriore abrogari, quàm scholijs alijs atq; alijs dicta dissidētia conari conglutinare. Similis nisi fallor est hallucinatio, cum legē Alexandri, quæ quarta est in tractatu, De furtis, cū lege Græca Iustiniani, quæ tertia est à fine, non dissonam esse contendunt. Quarum tamen discrepātiā ciere contentionem non modicam uidimus in iudicando reo uno, qui ad furtum nequiquā famulum probum adhortatus fuerat, patrefamiliās rei conscio, & cum famulo colludente ut hortatorē deprehenderet: cum ego consentaneū magis esse ducere Alexandræ sanctionis

sanctionis auctoritatem posteriore lege antiquatam fuisse, quæ non cumentum attendendum, sed cōsiliū uoluit. Quid legem ultimam, quæ est Constantini, sub titulo, Si pend. appel. mors interuenerit: non ne abrogatam esse, & expeditius & longē congruentius est dicere & defendere, quàm nugas comminisci ac planē ariolari, ne antinomia esse uideatur cum lege Græca comparata, cuius initium est Cū antiquioribus, sub tract. De iure deliberandi? Nostræ uerò opinioni, non magnopere reclamare id mihi uidetur, quod lex altera sub titulo, Qui & aduersus quos in integrum restitutionem postulent, quæ lex est Iustiniani, non modò legi, Si superstite, in tractatu. De dolo, quæ longē antiquior est: sed etiam legi eiusdem Iustiniani refragatur. sub titulo, De bonis quæ liberis. Facile enim est obiectum dissoluere, uel Accursio ipso iudice: ne mihi eò confugiendum sit, quod in priore editione de Iustiniano Tribonianoq; diximus. Horum autem & similium iudicium penes homines erit in ijs controuersijs dirimendis, quarum iudicium æquo & bono magis temperandum est: quibus in ipsis uberius est licentia contra receptas auctoritates nonnihil audendi dum sententiæ rogantur. Sed tamen ne id piaculare esse uideatur inter eos qui eodem iure iurando adacti sunt, ecquis est eorum qui aureis habent æquas audiendæ ueritati, uel longissimo interuallo postliminium postulāti: qui negare audeat legum interdum sensum fugisse homines iuris consultissimos, etiam ut uerba intellexerint? Hic locum unum exempli causa citabo. Extat lex Antonini, sub titulo, De usuris, in hæc uerba, Lex de usuris. Usuræ per tēpora solutæ non proficiunt reo ad dupli cōpensationem. tunc enim ultra sortis summā usuræ exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit

eam computationem. Ego hunc sensum horum uerborum esse dico: quod de usuris Romani principes sanxerant, ut earum cumulus ultra sortem geminatum exigi nulla actione possit: ita intelligendum esse, si modò eo tēpore quo creditor experitur, ea summa in quam actionem suam concipit, duplum sortis excedit. id enim quod ultra duplum sortis excurrit, efficaciter peti non potest: non etiam si eo tēpore quo agit ex stipulatu, usurae antè ab eo perceptae, cū ijs quas sibi deberi contendit cumulatae, duplū sortis excedunt: tunc enim summoueri creditor exceptione nō potest, ut uerbi grātia: esto semis̄sis usura in stipulatum deducta: ducentesimo illa quidem mense, id est anno sextodecimo & octauo mense sortem aequabit, ut post Hermolaum Barbarum nos copiosè in libro de Asse docuimus. Ita fit ut tertio & tricesimo anno, & quatuor mensibus duplum sorti fœnore accesserit: id est ut sors centenaria ducenarium fœnus pepererit. Age fac ut creditum iam sit adeò uetustum, ut quadruplicato fœnus creuerit, cū interim debitor nō acriter appellatus nihil soluerit usurarum: utrū quadruplum peti poterit? Nego lege agi posse ultra duplum. Nam eius quod plus debetur, petitio uel legis perimitur. Sin cū actio instruitur, non ultra duplum sortis debetur etiā si id quod multis antè annis perceptum est à creditore, uel duplum uel quantumuis excedit: id tamen debitori nihil prodest ad creditorem summouendum legis interpretatione, quæ in futurum ipsa calculum non admittit. Ita fit ut usurae non modò duplicato aut triplicato crescere legitimè, sed etiā octuplicato, & eo amplius possint, si creditor debitore semper appellauerit, nominaq; exegerit antequam fœnus ultra duplum sortis excurreret: Quod in usura ceterisima demū fit mēse nono supra decimū sextum annum.

annum. Accursius autem, & qui eum secuti sunt, longè (nisi fallor) abfuerunt ab intelligentia huius sensus, quando & ipsi alioquin usurarū rationem priscam absurde intellexerant. Nec me fallebat cum hæc scriberem, non minoris ipsa confidentiæ uisum iri, quam pridem antinomias adnotasse. sed tanti utrobique fuit conscientiae indulgisse.

IN cap. In quæstionibus. Coniurationem deniq; Lucij Catilinæ Iulia mulier detexit: & M. Tullium consulem in iudicium eius instruxit. Legendum Fulvia, ex Sallustio. & iudicium non iudicium. Fuit enim Tullius index, id est delator ad senatum, non autem iudicium eius rei, quæstionemq; exercuit. uel potius in iudicium eius M. Tullius ideò instructus dicitur: quia iudicium faciendum ipse curauit, perfecitq; quod curauerat opera eius mulieris. quoniā iudicium propriè eius est qui unā peccauerit, ut inquit Donatus in Eunuchum: idq; ex uerbis Ciceronis in Diuinatione satis liquet: Quapropter (inquit) si tibi iudicium postulas dari quod tecum unā fecerit: concedo si id lege permittitur. ubi tamen corruptè etiam iudicium legebatur. sed Asconius adnotauit: & iudicium eius esse dicit, qui facinoris cuius ipse conscius est latebras indicat impunitate proposita. Hoc autem in Catilinæ coniuratione contigisse, ex Sallustio constat his uerbis, Tarquinius ad senatum adductus erat: quem ad Catilinam proficiscentem exitinere retractum aiebant. Is cū diceret se indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset: iussus à Consule quæ sciret edicere, eadem serè quæ Volturcius de incendijs, de cæde bonorum, itinere hostium, senatum docet. Idē alibi, Volturcius primò fingere alia omnia: dissimulare de coniuratione. Post ubi fide publica dicere iussus est, omnia aperit. Indicare *μὴν* Græcè dicitur. Inde τὰ μὴν ἔφα

Iudicium.

non tantum mercedem iudicij, sed etiam peculiari significatione impunitatem conscio propositam, apud Græcos oratores significant.

AD legem Iuliam de adulterijs, circa principium. Marito iure mariti accusanti illa præscriptio obijcitur, si legem prodidisse dicatur ob hoc, & reliqua. Puto hic deesse negationem: ut sit, si non legem prodidisse dicatur. Est enim hoc uerbum solenne in exceptionibus. Vlpianus, De pignoribus, in cap. Si debitor, Dabitur enim possidenti hæc exceptio, si non conuenit, ut eadem res mihi quoque pignori esset. Martianus, Tali enim exceptione prætor creditorem tuebitur, si non inter creditorem & eum ad quem ususfructus pertinet, conuenerit ut ususfructus pignori sit. Marcel. in cap. Creditor, Qui potiores in pignore habeantur, Exceptio enim prioris utilis est, si non mihi ante hypothecæ pignoris uel nomine sit res obligata. Idem, Quod si ille excipiat, si non conuenit ut sibi res sit obligata, hic in modum supra relatam replicabit. Hoc autem in loco fortasse non, negatiua particula, sed extraquam restituenda, hoc modo, Extraquam si legem prodidisse dicatur. Accōmodata est enim hæc particula in cōceptionibus exceptionum, ut apud Vlpianum, De fluminibus, Labeo scribit, non esse dandam exceptionem ei qui interdicto conuenitur, aut nisi ripæ tuendæ causa id factum sit: sed ita excipiendum ait, extra quam si quid ita factum sit, ut lege fieri licuit. Cicero libro II. Rhetoricorum, Agit is cuius manus præcisa est, iniuriarum: postulat is quicum agitur à Prætoris exceptionem, extra quam si in reum capitis præiudicium fiat. Hic is qui agit, iudicium purum postulat: ille quicum agitur, exceptionem ait addi oportere. In his & huiusmodi alijs præcisis conceptionibus multa erat sermo.

Lat

Latini gratia atque elegantia: sed à paucissimis hodie animaduersa, cum quilibet sibi Tullianæ dictionis iudicium arroget, fastidio iniquissimo, & interdum putidissimo. Quod autem sequitur, Lenocinij quidem crimen lege Iulia præscriptum est, cum sit in eundem maritum poena statuta, qui de adulterio, & reliqua. Lego, Lenocinij quidem crimini lege Iulia præscriptum est: cum sit eadem in maritum. Præscribere pro excipere cum datiuo iungitur. Quintilianus libr. V I I. Cum ex præscriptione lis pendeat, de ipsa re queri non est necesse. ignominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. Marcel. lege tertia, De præuicatoribus, Nam si reus accusatori idem præscribit, quod dicat se ab alio accusatum & absolutum. εἰ γὰρ ὁ φάσκει τὴν γραφὴν παραγράφειν, τὸ πρό- τρον ἀποφυγῆν αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ κατηγορηθέντα.

IN cap. Inter liberarum, sub eodem titulo, legendum sic censeo eo loco ubi arcola relicta est, Lex Iulia stuprum & adulterium promiscue καὶ συμμυγῶς appellat. et paulo post, Stuprum uero in uirginem uiduam uel committitur. Quod Græci διαφθορὰν appellant. Sallustius, Erat ei cum Fulvia muliere nobili stupri uetus cōsuetudo. Cicero in Antoniana secunda, Frequentissimo Senatu, Calend. Ianuarijs, sedente patre, hanc tibi esse cum Dolabella odij causam ausus es dicere, quod ab eo sorori & uxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. Idem in Verr. act. ulti. Noctu stupri causa lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem nuptam uni, propositam omnibus. In his exemplis Ciceronis stuprum pro adulterio ponitur. quod parum Papinianus animaduertisse uidetur. Tranquillus, Ne provincialibus quidem matrimonijs abstinuisset, uel hoc disticho apparet. Urbani seruate uxores, mœchum caluū adducimus. Auro in Gallia

d d * stuprum

stuprum emisti: hic sumpsisti mutuum. Plautus in Amphitr.
 Probrium. Ita me probri, stupri, dedecoris à uiro argutam meo? Idem
 Trāquillus, stuprare pro adulterare dixit in Nerone. La-
 tinè etiam probrium appellatur. Cicero in eadem Philip.
 Probri insinulasti pudicissimam sceminam. Liuius, Matro-
 nae probri accusatae. Vititur & Tranquillus in Cæs. Gre-
 ci adulterium μοι χείρα, διαφθορά, φθορά, αίσχυνίω δι-
 cunt: quod ultimum Latinè probrium esse uidetur. Plautus
 ad uerbum dedecus dixit. De uirgineo amplius dicunt δια-
 κόρησι. Non magnopere autè de huiuscemodi uerbis Gre-
 cis restituendis laborandū est, duntaxat cū sine ijs sensus le-
 gum responsorū ue planus est. siue enim hic διαφθορά le-
 gamus, siue φθορά, non magnopere refert. Legi enim in
 fragmētis Pandectarū Græcarum φθορῆς pro corruptori-
 bus uirginū: qui & uitiatōres dicti sunt: & φθορά Græcis
 etiā p̄ stupro in usu est. Et ὕβρις, Cicero flagitiū appellat.
 IN cap. Si uxor. Planè siue iusta uxor fuerit, siue iniu-
 sta, accusationem instituere uir potest. Nam & Sextus Cæ-
 cilius ait, Hæc lex ad omnia matrimonia pertinet: & illud
 Homericum affert. Accursius uelut Mercuriali numine in-
 stinctus, uxorem iustam iniustamq; tripliciter enarrat: &
 in omnibus astipulatorē habet Bartolum: me uerò in nulla
 assensorē. nam iusta mulier sic ut filius iustus dicitur: de quo
 iusta uxor. uocabulo satis multa in priore editiōe diximus. Ut ergo iu-
 stus est filius, qui omneis numeros iuris familiaris filialisq;
 obtinet: ita iusta uxor omni iure cōiugij prædita erat. πάν-
 τας ἀριθμὸς τ' σιωοικίσεως τ' ὀριλάβουσα καὶ κεκτημένη.
 Aliā autè olim fuisse matrē familiās, & aliā matronā uxo-
 rēq; alibi planū fecimus. Hodie iustæ uxoris appellatio aut
 nulla est, aut eius est uxoris quæ iustis spōsalibus & palām
 in uiri manū coiijt, non occulto cōsensu. Locus autè Homeri
 hic

hic citatus ab Vlpiano, Iliados lib. 1 x. ita legitur,

ἢ μὲνοι φιλέουσ' ἀλόχους μὲρόπων ἀνθρώπων
 Ἀτρεΐδαι; ἐπεὶ ὅς τις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων
 τῶν αὐτῶν φιλεῖ καὶ κίδεται, ὡς καὶ ἐγὼ τῶν
 Ἐκ θυμῶν φίλεον διορυκτῆτιν περ' ἔδουσα.

Ecquid amare suas solis fas censet Atridis?

Quidni igitur prudens uxorem diligat imo

Pectore quisquis erit? siquidem Briseida partam

Marte meo dudum, dilexi haud secius ipse.

Verba sunt Achillis ad legatos ab Agamemnone, & Græ-
 cis ad eum missos. Quanam igitur (inquit) de causa Aga-
 memnon Græcorum populos congregandos curauit, ad
 Troiamq; transportandos? Nunquid aliam ob causam,
 quam propter Helenam illam formosam? An tandem Atri-
 dae soli hominum uxores suas amant? Briseis autem erat
 nobilis scemina, quam honoris causa ex captiuarum nume-
 ro delegerat permittētibus Græcis, aut eximiam aliās ac-
 ceperat, eamq; uxoris iustæ loco habere instituerat. Iniu-
 stam ergo uxorem Vlpianus uel non iustam: pallacam uxo-
 ris numero locoq; habitam intellexit.

Q V O D autem sequitur, Sed & in ea uxore potest ma-
 ritus adulterium uindicare, quæ uulgaris fuerit: quamuis si
 uida esset, impunè in eam stuprum committeretur: Accur-
 sius uulgarem pro peruulgata & prostituta passim perpe-
 ram intellexit, & in antinomia dissoluēda desultoria gra-
 uitate, & constantia utitur more suo. Ego uulgarem ple-
 beiam intelligo, quæ matris familiās nomē obtinet. Lex au-
 tem, Quæ adulterium, quæ lex est Constantini, de ea scemi-
 na sanxit, quæ cū sceditate ministerij matris familiās nomen
 retinere nō potest. Huic sensui astipulatur. Tranquilli hæc
 uerba in Tyberio, Matronas prostratæ pudicitiae quibus

dd s accusat

accusator publicus deesset, ut propinqui maiorum more de communi sententia coërcerent, auctor fuit. Et inferius, *Fœminæ* (inquit) famosæ ut ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri coeperunt: & ex iuuentute utriusque ordinis profligatissimus quisque, quo minus in opera scenæ arenæq; edenda senatuscons. tenerentur, famosam iudicij notam sponte subibāt, eos easq; omnes, ne refugium in tali fraude cuiquam esset, exilio affecit. Ex cuius uerbis intelligimus mulieres, quantumuis prostituta pudicitia lege tamen teneri: si nondum ignominia notata nomen amiserāt matronarum matrumquefamiliās.

IN eodem tractatu Ad legem Iul. de adul. cap. Si maritus, Legis Iulie, de adulterijs cap. vii. ita cauetur, Ne quis inter reos referat eum, qui tunc sine detractioe reip. aberit. Et paulò inferius, Necessariò dicitur sine detractioe. Legendum qui tunc sine detractioe Reipub. causa aberit: etiam si omnia refragentur exemplaria. Est autem detractare, uitare, fugitare, auersari, restitare. Tacitus libro uicesimo, Nec Sequani detractare certamen. Fortuna melioribus affuit: fusi Lingones, ἐφυγομάχου. Quintilianus in secundo, Rhetoricè officia sua nō detractet, nec occupari gaudeat pertinētē ad se laborem: quæ dum operæ cedit, iam penē possessione depulsa est. Arria. infra, De re militari, Grauius autem delictū est detractare munus militiæ, quàm appetere. ἐφῶ ἀναδύσεσθαι τὴν τῆς στρατίας λειτουργίαν. Sine detractatione igitur is abesse dicitur, qui occasionem non quaesierit causa dictionis euitandæ. ὁ μὴ ἀποδιδυμῶν διενδύσεως ἐρενα, Vel διενδύσεως χέειρ.

Q V O D autem sequitur, Quòd si quis præsens sit, uice tamē absentis habeatur: ut patet qui in uigilibus uel urbanis castris

castris militat. de castris Prætorianis intelligendū, in quibus Prætoriani milites statua sua habebāt, et semper principibus præsto erant. ij à cohorte prætoriana originē habuerunt: de qua nos alibi diximus. Tranquillus in Galba, Germanorū cohortē à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutā dissoluit: ac sine cōmodo remisit in patriam. Hæc & castra prætoriana appellantur à Capitolino.

IN lege, Quòd ait lex, Cūm filia adulterum deprehenderit, nō occisum uidetur. Vidi librū antiquū, in quo ociosum scriptum fuerat, sed litura cōfossū, & pro eo uerbo occisum ascriptū, errore lectoris, atq; ignorantia. Non est ociosum (inquit Vlpianus) id est, ut Græci dicūt, ἄκαρπός ἐστι, quod ait, Cūm filia adulterū deprehenderit, id est, non de nihilo adiecta sunt hæc uerba, nō ab re, non temere, ἄκαρπός, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ. habent enim certā significationem & animaduertendā. non enim aliter interficere patri cōceditur adulterum, nisi in ipsa turpitudine deprehensum. Labeo quoq; (inquit) ita probat, & Pōponius scribit in ipsis rebus Veneris deprehensum occidi. Et hoc est quod Solon & Draco dicunt, Existimo hæc uerba Græca in area quæ sequitur scribēda: ἀρεθρα ἐν ἀρεθροῖς ἐχόντα. Iam primū deprehensū dicuntur, qui effugere nequeunt, uel uitare cūm maximè cupiant, aut è re incōmodè nata se explicare & subducere. Quintilian. in duodecimo, Itaq; reperias quosdam in disputādo mirè callidos: cū uerò ab illa cauillatione discesserint, non magis sufficere in aliquo grauiore actu, quàm parua quædam animalia quæ in angustijs mobilia, in cāpo deprehēdūtur. ἀποροῦνται, Vel ἐῖς ἀμειχανία κατέσπισα. hoc est nullū in se aut in alio præsidium reperiūt: omni consilio, omniq; ope defecta sunt. Idem lib. x. Scribendum quoties licebit. Si id non dabitur: cogitandum. ab utroq;

utroq; exclusi debent tamen uincere: ut neque deprehensus orator, neq; litigator destitutus esse uideatur. Deprehensum dicit oratorem τὸν ἐξ ἀμνηχανίας ἀποροῦντα καὶ ἀποροφασίως διακείμενον: qui eò usq; ad infantiã redactus est, ut iam nihil causificari possit, quo minus causa cadat. Sic Curtius de Alexandro in angustijs hærente, Tunc hæstabat deprehensa felicitas: nec aliud remedium erat, quàm reuerti qua uenerat. ἐνίσχετο πάντη τε ἠπορημένη καὶ ἀλύσει. Deprehensus adulter est ὁ ἐπαυτοφώρῳ εἰλημένος, qui eò redactus est, ut nec fugere, nec inficiari possit. At is demum eiusmodi est, qui in re ipsa uenerea correptus est aut inuentus: quæ Græci ἀλόγητα ἐπὶ τῶν ἀφροδισίων dicunt: id est in Venere deprehensum, aut in re uenerea. Quare Accursius & qui eius autoritate adducti sunt, in horum uerborum intelligentia falsi, alios etiam fefellerunt. id quod ex uerbis legis ostendam, quæ apud Lucianum in Eunucho legimus, Atqui (inquit) iudices, iste leuibus malis & uoce foeminea ceteraq; Eunuchi similis, si uestibus suis exuatur, magno pereuobis uirilis apparebit: nisi ij mentiuntur, qui cum aiunt deprehensum in adulterio, ut inquit legum tabula, pudenda in pudendis habentem. quod Lucianus dixit, ὡς ὁ ἀξίω φησὶν, ἀρεθρα ἐν ἀρεθροῖς ἔχοντα. Leges autem Solonis ἀξίωνας & κύβεις appellatas, nemo ignorat qui Plutarchum in Solone legerit, & Græcos oratores. Quod autem τὰ ἀφροδισία, id est res uenerea, nō significet antecedentia cōcubitū, colloquia, basia, cōtrectationes lasciuas, & locū constitutū, ut Accursius ex Cicerone censuit: uerba Aristotelis ostendunt, qui libro septimo de Animalibus, de pueris loquens, qui hircire dicuntur circa pubertatem, & de puellis quum menses habere incipiunt, ita inquit, Tum enim maxima custodia indigent: cum præcipue incitetur ad experiētiam rerum

rerum ueneris. μάλιτα γὰρ ὀρμῶσι πρὸς τὴν τ' ἀφροδισίωρ χρεῖσι. Idē, Quæ autē immodicæ sunt in usu rerum uenerearum: eæ si sæpius pepererint, postea sedatur facilius et castigatur. Cicero in Topicis, Ante rem enim queruntur quæ talia sunt: apparatus, colloquia, locus, cōstitutum, conuiuū: cum re autē, pedum crepitus, strepitus hominū, corporum umbræ, & siquid eiusmodi: & post rem, pallor, titubatio: & siqua signa conturbationis & conscientia, ceteraq; quæ suspicionem facti possunt mouere. Ex his uerbis apparet aliud esse rem ueneream, & aliud antecedentia consequentiaq; ueneris. Adde quod Vlpianus hic dixit, Ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam deprehendat. & in lege, Capite quinto, dixit in uxore sua deprehensum. Turpitude enim est quod tabula legum obscæna in obscænis habere dixit.

IN cap. Si postulauerit. Si postulauerit accusator ut questio habeatur de seruo adulterij accusato: siue adesse uoluerit, siue interesse noluerit, iubet iudices eum seruū æstimari. Accursius sic legit: & ablatiuū absolutū esse censet. ego a accusati legendū esse puto: hoc est serui qui adulterij perpetrati tēpore in familia rei fuit, & postea in alicuius alius dominiū trāsfit: cui pretij æstimatio dari iubetur. & deesse una dictio uidetur, ut sit ita locus restituendus, Siue adesse dominus uoluerit. Moris autē fuit apud antiquos: ut qui seruū ad testimonium ferendum posceret, is pretij serui fideiussores daret, in causa tum ciuili tum capitali: idq; lege Atheniensiū, ut ex Demosth. liquet in oratione quæ inscribitur παραγραφή πρὸς Πανταίνετον: appellaturq; πρόκλησις: quæ est ἐξάτης τ' θεραπώντων εἰς βάσανον ὅτε δικάσονται, πρὸς μαρτυρίαν τῶν πράγματος. Qui autē seruū ad questionē exposcebat, nō alias æstimationē dabat quàm si cau

si causa caderet. Quare fideiussor intercedebat inter actorē et reū. quāquā id Demosthenes postulationē aduersarij depellēdo ait iniquū esse. ἀναγινώσκει μοι πρόκλησις μακρὰν, ἀξιώσας ὅτι φησιν δικέτω ταῦτα συνδέσθαι, βασιανίσεισθαι.

Mos priscus in
testibus interro-
gandis.

QVOD autem infra dicitur in eodem capite, Interrogandiq; facultas datur patronis: id ex more prisco est. quod Bartolus perperam intellexit. & accusatores enim & patroni & suos & aduersarij testes palam interrogabant: id quod tum ex Ciceronis orationibus multis in locis, tum ex Quintiliano facile est intelligere: qui libro quinto sic ait, Reliquae interrogandi sunt partes: qui in re primum est nosse testem. nam timidus terreri, stultus decipi, iracundus concitari, ambitiosus inflari potest. Prudēs uerò & constans, uel tanquam inimicus & peruicax dimittendus statim: uel nō interrogatione, sed breui interlocutione patroni refutandus est: aut aliquo si cōtinget urbanē dicto refrigerandus. Idem paulò post, Patronus quoq; alius & unde nihil suspecti sit, repetita percunctatione priora sequētib; applicādo, cō saepe perducit homines, ut inuitis quod profit extorqueat. Idem de interrogatione accusatoris, At si nescierit actor quid propositi testis attulerit: paulatim & (ut dicitur) pedetentim interrogando experietur animum eius: & ad id responsum quod eliciendum erit, per gradus ducet. Cicero pro Flacco, Vbi est igitur illa laus oratoris, quae uel in accusatore antea, uel in patrono spectari solebat? bene testem interrogauit, callide accessit, reprehēdit, quo uoluit adduxit, conuicit, eum elinguem reddidit. Ex hoc more emanauit id quod dicitur in lege, si quando, Cod. De testibus. quo in loco Accursius tanquam in luto addubitationis hæsit.

IN cap. Si adulterium. Imperatores, Marcus & Antonin

toninus, & Commodus, filius. Accursius ignorantia historiae nulli hodie non cognite, hoc in loco pueriliter addubitaui. Quare adnotandum duximus Marcum Antoninum, qui ab instituto uitae Philosophus dictus est, successisse Antonino Pio Augusto. Hadrianus enim princeps Rom. cum idoneum sibi imperij successorem quæreret, ea lege Antoninum, qui postea Pius dictus est, adoptauit, ut ipse Antoninus Marcum Annium amite suae filium adoptaret. qui Marcus adoptionis iure Aurelius uocari coepit. hic Faustina duxit uxorem, quae ab impudicitia infamiam contraxit. ex qua Commodum filium suscepit, ut aliqui opinati sunt adulterio quaesitū. Verum M. Philosophus eius pater uir optimus, post mortem Antonini Pij, qui hoc ipso in loco diuus Pius dicitur, ad imperium iubente senatu assumptus est: id quod ipse minimè affectauerat. Augustusq; factus nouo exemplo fratrem suum consortem imperij sibi esse uoluit & iussit: Luciumq; Verum Commodum eum appellandum censuit, Caesarem que dixit & Augustum. tumq; primum Roma. imperium duos Augustos pari potestate coepit habere. Ipse etiam Marcus Antoninum se uocare coepit, quasi diui Pij filium: fratremq; suum Commodum praeter nomina suprascripta, Seuerum etiam nominandum censuit & Antoninum: uidelicet eum intelligi filium suum uolens: qui tamen longè alienus ab eo moribus & uitae instituto postea fuit. Hi cum uelut gemini aliquandiu imperassent, Lucio Vero Commodum morte sublato Marcus philosophus solus in imperio fuit: filiumq; Commodum imperij successorem reliquit cum omni uitate foeditate, tum uerò gladiatura & crudelitate infamem & probrosam. Gemini igitur Augusti saepe in libris huius studij, Diui fratres, interdū Seuerus & Antoninus,

Duo Augusti
primum facti.

Diui fratres.

mus,

nus, interdum Marcus & Antoninus appellantur: ut hoc in loco. in quo ipso Commodus pro filio Marci intelligitur: alibi pro Lucio Seuero. Diui autem dicuntur, quia inter diuos relati sunt: qui honos apotheosis appellabatur: quæ quo ritu fieret, Herodianus libro quarto historiae suæ retulit, quam exorsus est à Commodò.

IN tractatu, De ui publica, cap. Qui cœtu conuerso, turba, seditione incēdium fecerit. Tametsi Accursius sic legat, tamen legēdum censeo, Qui cœtu, cōcurſu, turba. Sic in capi. Qui dolo malo. Item qui cum telo dolo malo in continenti fuerit. lego in cōuētū: ut Accursius ipse suspicatus est.

conuentus. Est autē conuentus conciliū, ubi consiliū à multis agitur. Sallustius, Primo cōuentu quē ab regibus factum supra memorauimus. Cicero in Ver. cōuentū maximū de cōuiuio dixit, in Verrē. Alibi pro negotiatorum multitudine, qui negotiādi causa aliquò cōueniūt, tanquā in cōciliabulum, non ut illic sint incole: ut hodie Lugduni fit nundinandi gratia. Apud Plinium lib. 111. conuentus legimus pro ijs quos dies magnos nostri uocant: & uerbum conuenire eodem perti-

conuenire. nens. Carthaginem, inquit, conueniunt populi Lx. id est iura Carthagine petunt. quod nunc resortiri dicimus uernaculo uocabulo non temerè prolato: est enim à consuetudine Græcorum, qui λαρχάειρ δίκας dicunt. & Romani fortes iudiciorum dicebant. ut Vergilius in sexto, & Iuuenalis in Satyra decimatertia, ubi urnæ Prætorie meminit. Illud uerò ridiculū esse dicerem, quod Accursius in cap. Legge Iulia, oratorum nomine doctores artiū intelligi uoluit, qui à Græcis Rhetorici uocantur: nisi hæc ignorantia animaduersione seria potius atque adnotatione, quàm risu digna esset: uidelicet ut qui comitem aut asseclā præceptoris pulsasse dicetur, is de ui publica cōtinuò teneatur. Sunt igitur

Oratores.

tur oratores hoc in loco iſdem qui legati: ut apud Vergilium in x 1. Iamq; oratores aderant ex urbe Latina uelati ramis oleæ, ueniamq; rogantes. Liuius, Theij oratores cum infulis & uelamentis ad Romanos miserunt. quo uocabulo eos legatos proprie significari censeo, qui deprecabundi ueniunt: tametsi πρεσβεις apud Græcos, unde hoc Latinum per imitationem ductum mihi uidetur, legati dicantur omnis generis, etiam Legati in exercitu.

AD legem Corneliā de sicarijs, cap. 1. Qui uic cum magistratus esset, publico uic iudicio præesset, operam dedisset, quo quis falsum iudicium profiteretur, ut quis innocēs conueniretur. Sic Accursius legit, & omnia habent exemplaria quæ uidere mihi cōtigit. Sed nihilo secius legendum omnino censeo iudicium nō iudicium, & circumueniretur. Nam præterquam quòd absurdum est profiteri iudicium à Iurisconsulto esse dictum, pro eo quod est sententiam proferre, ut Accursius intellexit: tum uerò sequentia uerba nō coherent, ut quis innocēs cōueniretur. Est autem profiteri iudicium, ultro sese consortesq; criminis deferre, id quod Cicero iudiciū sibi postulare dixit in Diuinatione, ut nos superius ostendimus. Sic idem Cicero operam profiteri, & iudicium sibi postulare.

Indicium profiteri.

Indicium sibi postulare.

potentiam dixit in Verrem, Qui sequestres aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse: quiq; ad hanc rem potentiam suam, aut impudentiam professi sunt. id est ultro obtulerunt. ἐπηγγέλαντο. Ut autem circumueniretur legēdum censeam, autoritate Ciceronis adducor, præterquam etiam quòd conueniretur hoc loco non congruit. Is igitur in oratione pro Cluentio, Hanc ipsam legem (inquit) nequis iudicio publico circumueniretur, C. Gracchus tulit. Idem, Mulier Romam proficiscitur cū magno comitatu & pecunia: quo facilius circumuenire iudicio capitis, atque opprimere

Circumuenire iudicio.

e e mere

mere filium posset. & sic identidem. Hæc autē lex Cornelia dicitur, quia à Lucio Sylla Cornelio lata est. prius tamen Sempronia dicta à Caio Graccho, qui primus eam tulit, ut autor est idem Cicero. Et rursus in Bruto, Isocratem primo artem dicēdi esse negauisse: Scribere autē solitum orationes, quibus in iudicijs uterentur. sed cum ex eo, quia quasi committeret contra legem, quo quis iudicio circumueniretur, sepe ipse in iudicium uocaretur: orationes alijs destituisse scribere. Quibus uerbis intelligimus eandem legem Athenis fuisse ante leges Semproniam & Corneliam. Est autem circumuenire, inuidia conflata, & factione opprimere. Cicero in Verr. Quid te à Centuripina ciuitate, ceterisq; ciuitatibus Siciliae circumueniri atq; opprimi dicis? tua te Messana circumuenit. hoc est enim quod Græci κατασσειά (εἰρ dicunt: ut Demosthenes πρὸς Λεωχάρω, καὶ μὴ πρὸς ἄλλῃς πέντας ἀνθρώπων καὶ ἀσθενῆς κατασσειασθενῆς ὑπὸ παρασείξεως ἀδολύς. & itidē πρὸς Εὐβυλάδην.

iudex questionis in tholo capitali.

IN eodem cap. Qui ue magistratus iudex ue questionis sub capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. His uerbis Prætor urbanus significatur, non is cui iurisdictio sorte obtigerat, sed alter: ut ex oratione Ciceronis pro Muræna intelligimus, qui ita præerat iudicijs publicis, ut præfides apud nos unus aut alter in curia centenaria classi præfident capitali, quam criminalem tholum uocant, tornellam lingua uernacula appellantes. Is etiam quesitor dicebatur, ut autor est Asconius in Prætorum urbanam. Questio enim status & cōstitutio causa dicitur. Fabius libro 111. Questio enim in iudiciali materia dupliciter accipiēda est. altero modo, quo dicimus multas questiones habere cōtrouersiam: quo etiam minores omnes complectimur. altero quo significamus summā illam

in

in qua causa uertitur. ex qua nascitur status, an factum sit: an recte factum sit. Propterea factū est ut questio pro publico iudicio accipiatur: & Quesitor is dicatur qui questionem habet, hoc est qui inquirendū curat de crimine, de eoq; iudicium exercendū. Hic quesitor sedebat pro tribunali, iudices autem in subsellijs: omniaq; ferme in potestate habebat. Cicero in Bruto, Itaq; intelligens dicendi existimator uidet oscitantē iudicem, loquentem cum altero, nonnunquā etiā circulantē, mittentē ad horas, Quesitorem ut dimittat rogantē. intelligit oratorē in ea causa non adesse, qui possit animis iudicū orationē admouere, tanquam fidebus manū. Quesitorem uocat Prætorē, in cuius erat potestate soluere conciliū cum libuerat, & dare ueniā abeundi coactis iudicibus: quod interdū iudices tædio affecti postulabant, horam nō expectantes. Idem pro Muræna, Cogendi iudices inuiti, retinendi contra uoluntatem. Et Philippica v. Quæro igitur si Lysides citatus non responderit, excusetur Arcopagites esse, nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res iudicare? accipiet ne excusationem is qui questionis præerat? Idem in Vatinius, Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate post Urbem conditam Tribunos plebis appellarit, ne causam diceret? num quis reus in tribunal sui Quesitoris ascenderit, eamq; uideturbarit, subsellia dissiparit, urnas deleuerit? Ad hanc autem similitudinem (inquit Asconius) Vergilius Minoem iudicem apud inferos, tanquam Prætor sit rerum capitalium, Quesitorem appellat. dat ei sortitionem, ubi urnam nominat: dat ei electionem iudicum, cum dicit, Conciliūq; uocat. dat cognitionem facinorum, cum dicit, Vitæq; & crimina discit. Verba Vergilij hæc sunt, Nec uerò hæc sine sorte data sine iudice sedes: Quesitor

Quesitor.

Vergilij locus.

ee 2 Min

Minos urnam mouet. ille silentium Conciliumq; uocat, uitasq; & crimina discit. Per syncopen etiam quaestor dicitur. Cicero in Catilina, Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quaestori gratulationem, indici praemium decreuit: quid de tota re & causa iudicabit. Quibus uerbis quaestorem coniurationis sese uocat ob decretam sibi

Quaerere & Inquirere.

Res requisita.

Consuli à Senatu quaestionem. Quaerere enim & quaestionem habere, quod & inquirere dicitur, id est quod informare uulgo à nostris appellatur. Vnde rem requisitam dicebant, cum ad uindictam criminis aliquid statuebatur de reis, aut ut ad tormenta seruorum iretur pro crimine comperiendo, ut ipse pro Cluentio, Quid? Romae quaesitum de istis hominibus non erat? ita ne tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa: cum quaestionem habuisset Romae, cum de honestissimorum uirorum sententia constitutum esset, satis quaesitum uideri: eadem de re triennio post in filij caput quaestionem habere conata est: id est non repetendos esse seruos ad quaestionem. Plinius ad Arrianum lib. 11. Respondit Fronto Catius, deprecatusq; est, ne quid ultra repetundarum legem quaereretur: omniaq; actionis suae uela uir mouendarum lacrymarum peritissimus, quodam uelut uento miserationis impleuit. magna contentio, magni utrinque clamores: alijs cognitionem Senatus lege conclusam, alijs liberam solutamq; dicentibus: quantumq; admisisset reus, tantum esse uindicandū. Quaerere hoc in loco pro iudicium exercere, Plinius accepit: & quod dicit conclusam Senatus cognitionem, hunc habet intellectum, astrictam uno iudicio repetundarum: quia ab initio Senatuscons. factum fuerat in eam sententiam, ut de Prisco reo lege repetundarum quaestio haberetur: cum tamen Priscus immanitate criminū maiorem poenam

meritus

meritus esset. non licebat autem hominem delatum pluribus legibus reum fieri apud Praetorem & iudices: sed Senatus legibus erat solutus, ut autor est Quintilianus. Paulus supra, De accusationibus, Senatus censuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. ἐπὶ τῷ αὐτῷ παρανομίᾳ, πολλαχῶς κρινέσθαι. Ferre quaestionē, est uindicandum facinus iudicibus praebere & mandare: uel potius ad Senatum referre, ut de uindicando scelere extra ordinem Senatusconsul. fiat, & in iudicium res deducatur. Cicero pro Milone, Non fuit ea causa iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quaestionem ferendam. Idem, De hoc igitur latum est ut quaereretur. id est ut iudicium exerceretur, εἰς κρίσιν τὸ ἀδίκημα καταγαίν. Constituere quaestionem, est discernere ut uindicetur. Idem in eadem, Hanc uerò quaestionem, etsi non est iniqua, nunquam tamē Senatus constituendam putauit. erant enim leges, erant quaestiones, uel de caede, uel de ui. nec tantum mororē Senatui mors P. Clodij afferebat, ut noua quaestio constitueretur. Sic Demosthenes pro Ctesiphonte, εἰσὶ νόμοι πρὸς πάντων ἢ τιμωρίαι ἢ ἀγῶνες ἢ κρίσεις, πικρὰ μὲν ἢ μέγιστα ἔχουσι τὰ ἐπιτίμια. Senatus (inquit Cicero) censuerat ut de caede Clodij ordinario iudicio quaereretur, nō ut extra ordinē quaestio decerneretur. Tum autem quodlibet publicū iudiciū certam & peculiarem formulam habebat iudicij & quaestionis. qui mos sublatus est, ut autor est idem Paulus in capite, Ordo, supra, De publicis iudicijs. Olim etiam duae tantum tabulae dabantur à Praetore iudicibus, in quibus sententiam suam scriberent: aut enim reum planè absolueret, aut planè damnare oportebat. Propterea Tranquillus in Augusto ita inquit, Cum de falso testamento ageretur, omnesq; Senatores lege Cornelia tene-

Ferre quaestionem.

Quaestio constituta.

Due tabulae iudicibus dabantur.

rentur: non tantum duas tabulas damnatoriam & absolutoriam simul cognoscentibus dedit: sed tertiam quoque, qua ignosceretur ijs quos fraude ad signandum, aut errore inductos constitisset. Sic Græci, τήντε σὺν ἄλλοις καὶ τὴν ἀναίρεσσαν ἐλάμβανον. Neque uero eadem lege omnes ordines tenebantur: ut Tranquillus hoc loco significat, & ex Cicero planum fit in oratione pro Cluentio. Nam lege Cornelia, de sicarijs, Senatores tantum tenebantur, duntaxat quod ad caput illud pertinet, quod superius enarrauimus: Si quis coisset, quo quis innocens iudicio circumueniretur. Verba Ciceronis hæc sunt, Neque me illa oratio commoueret, quod ait Accius indignum esse facinus, si Senator iudicio quenquam circumueniret, legibus eum teneri, si eques Romanus idem fecerit, non teneri. & reliqua quæ ille late profequitur in eadem sententiam: ut illud, Atque ut omittam (inquit) leges alias omnes quibus nos tene-mur, cæteri autem sunt ordines liberati: hanc ipsam legem, ne quis iudicio circumueniretur, C. Gracchus tulit: eam legem pro plebe, non in plebem tulit. Iudicia autem publica & reorum accusationes institutæ fuerant olim iuuenibus ad eloquentiæ studium exercendis, & ad animorum egregiam contentionem: ut quemadmodum generosi canes naturæ instinctu uisas feras statim adoriuntur: sic etiam iuuenes nobiles Romæ in ciues improbos impetum egregium conciperent, populoque Romano specimen hac ratione ingeniorum suorum præberent. Auctor Plutarchus in Lucullo. Quæstionem habere à Græcis ἐξέταξις τὸ πρῶτον dicitur: quod ad uerbum rem querere Cicero dixit in Verrem, Actione 111. Non dubitabat (inquit) Minutius, qui Sopatrum defendebat, quin iste quoniam consilium dimisisset, illo die rem

Cur olim & quomodo iudicia publica exercerentur.

Rem querere.

illam

illam quesiturus non esset: cum repente iubetur dicere. Idem pro Cecinna, Quum ego uehementius contenderem, cuitatem adini non potuisse, Decemviri prima actione non iudicauerunt: postea re quesita & deliberata, sacramentum nostrum iustum iudicauerunt. In utroque loco rem querere Cicero pro cognoscere dixit, & expendere controuersiam. Decernere quæstionem est statuere, ut queratur de crimine, ut in reos animaduertatur. Postulare quæstionem eius est, qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam uindicare ad eum pertineat. Cicero pro Milone, Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæstio decreta est? Idem, Decernebat Senatus, ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quereretur. Liuius libr. 11. ab Vrbe, Senatus tumultuose uocatus, tumultuosius consulitur: quæstionem postulantibus ijs qui pulsati fuerant: decernente ferocissimo quoque non sententijs magis, quam clamore & strepitu. tandem cum iræ resedissent, ordine consuli cepit. Sed quoniam in exercendis quæstionibus criminum, serui sæpe tormentis subiiciebantur, qui testes & arbitri rerum domi perpetratarum erant, ideò quæstio pro tormentis usurpatur, unde tractatus, De quæstionibus. Cæsar, De morte patris familiæ, si res in suspicionem uenit, de uxore seruilem in modum quæstionem habent, ἀνὰ πᾶσι τοῖς τῶν γυναικῶν βασανίσει. Hodie à Iurisperitis hoc uerbum aliter usurpatur, sicut & alia per multa. quorum loquendi consuetudo elegantiam prisce sermonis licentia aliquando castiganda scædauit atque corruptit. cuius indignitatis reputatio nos interdum longius prouehit, quam suscepti operis ratio exposcere uideatur. tametsi quid magis ad rem pertinet, quam Iurisconsultorum uerba interpretari, quibus uerborum proprietatis cognitionem antiqui tribuerunt?

Decernere

quæstionem.

Postulare quæstionem.

Iudex questio-
nis. Iudex questionis igitur à Iurisconsulto dictus est Prætor, qui questionibus præerat, id est, publicis iudicijs, iudicumq; decurias cogebat. Cice. in Prætura urbana, Eiusmodi fortitionem iudicum homo amentissimus fore putauit per sodalem suum Quintum Curtium iudicem questionis. quem locum explanans Asconius ita inquit, Facile autem pro ueris iudicibus improbi supponi poterant, uolente iudice questionis. Et pro Cluentio idem Cicero, Condemnatus est C. Iunius, qui ei questioni præfuerat. Adde etiam si placet, tum condemnatus est cum esset iudex questionis. Iuuenalis huc iudicem, Prætorem appellat his uerbis in x i i i. Satyra, Improba quamuis Gratia fallacis Prætoris uicerit urnam: Vergilius Quæstorem, Quæstor Minos urnam mouet. Cicero pro Rabyrio, Iudex sedebat: Prætor quærebat.

IN eodem cap. Sed & si claua percusserit. In quibusdam exemplaribus legimus clauis: quod magis probo. Nam claua ferrum nõ habet, nisi si in toris clauorum capita habeat. Sed & si clauis uel clauis percusserit, aut cucuma in rixa: quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo: *Cucuma.* leniendam eius poenam. Martial. in x. Cucumam fecit Otacilius. *Cucumella.* Eius diminutiuum est cucumella, in cap. Si quando, supra, Si seruitus uendicetur. ubi locum mēdosum esse censeo, ut fortaßè cineris cucumellas legendum sit.

IN cap. Inauditum, Inauditum filium pater occidere non potest: sed accusare eum apud præfectum præsidem uel prouinciæ debet. *Accursius.* Accursius ut alibi sæpe, sic hoc in loco diuinabundus, futilitate mira iudicij præditum se fuisse ostendit: quem satis equidem ipsum admirari nequeo Bartolum uirum ingenij felicis & solidi, enarrationum tam absurdarum asseclam post se traxisse. Usque adeo ualuit præiud

præiudicium autoritatis Accursij in librorum iuris interpretatione, ut ab eius opinione digitum unum abscedere uererentur eius posteris: cum tamen nihil ille pensi habuisse uideatur, quo minus uelut fanatico seruore instinctus, quicquid in buccam uenisset, in commentarios suos referret. Ego inauditum filium hic intelligo filium ἀνευτοπ: hoc *Inauditus.* est reum iudicio non conuictum, & indicta causa patrem interficere non posse: de quo uerbo superius scripsimus. *De patria potestate.* Scire autem oportet tantam fuisse priscis in liberos potestatem, ut pater de liberis statuere citra iudicium posset, etiam capitaliter. id quod ex Ciceronis oratione pro domo sua intelligere possumus, qui de Clodio loquens, qui se in adoptionem plebeio homini dederat, cum ex genere patriciorum esset: uidelicet ut ei Tribuno plebis esse liceret: ita inquit, Sed cum hoc iuris à maioribus proditum sit, ut nemo ciuis Roma. aut libertatem aut ciuitatem possit amittere, nisi Senatus autoritate factum sit: quod tu ipse potuisti in tua causa dicere: (credo enim, quanquam in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, autor ne esses, ut in te P. Fonteius uitæ necisq; potestatem haberet ut in filio:) quæro, si aut negasses aut tacuisses, si tamen id x x x. curiæ iussissent, num id iussum esset ratum? certe non. Quid ita? quia ius à maioribus nostris ita comparatum est, ut ciuis Romanus libertatem nemo posset inuitus amittere. Quibus uerbis planum fit, qui in adoptionem se olim dabant, eos libertatem amittere: quia ius patriæ potestatis hoc ferebat, ut uitæ necisq; potestas in filium esset patri ascititio. Propterea conceptis uerbis ij qui se in adoptionem dabant, interrogabantur. (Cuius moris instar quoddam obseruatur in ijs hominibus hodie, qui cœnobijs consecrantur: ipsi enim quasi in

adoptionem transeunt, & in potestatem Cœnobiarchæ quasi patris se mancipiant) cui consequens est, ut qui in adoptionem sese dedissent, ij maxima capitis diminutione afficerentur. Quare non de nihilo est quod a Iustiniano in Institutionibus dicitur, in tractatu De patria potestate. Et per hæc facilius sententia legis ultimæ percipitur: in tractatu Patrie potestatis Cod. Valerius libro v. Bruti æmulatus exemplum Cassius, filium, qui Trib. pleb. agrariam legem primus tulerat: postquam illam potestatem deposuit, adhibito propinquorum & amicorum consilio, affectati regni crimine doni dānauit, uerberibusq; affectum necari iussit. Huius etiam Spuriij Cassij meminit Lilius lib. 11. ab Vrbe. Hunc morem postea sublatum, ex uerbis Vlpiani hoc loco intelligimus: nec mirum cum etiam coërcita sit dominorum potestas in mancipia. Quin & idem iuris olim Gallis fuisse, Cæsar in v. 1. commentario autor est: Viri (inquit) in uxores, sicuti in liberos, uita necisq; potestatem habent. & cum paterfamiliās honesto loco natus decessit, eius propinqui conueniunt: & de morte, si res in suspicionem uenit, de uxoribus seruilem in modum questionem habent. Eundem etiam morē olim Romæ fuisse in uxores interdum ut mariti animaduertent, Lilius intelligendum nobis reliquit libro 1 x. de bello Maced. quo in loco de proditis Bacchanalibus loquitur, iudicioq; Senatus damnatis: Plures (inquit) damnati quam in uincula coniecti sunt: magna uis in utraque causa uirorum mulierumq; fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animaduertent in eas. Si nemo erat supplicij exactor, in publico animaduertebatur. Adnotauimus alibi nonnulla eiusmodi matrimonia fuisse, ut uxores in manum ac mancipium maritorum transi-

Virilis animaduersio olim in uxores.

In manu esse mariti.

transirent. Quare Liliiano testimonio mulieres quæ in manu esse uirorum conuenerant, maritis ad supplicium sumendum senatus decreto tradite sunt.

IN cap. sequenti, Aconitum: Pituocarpas. Nemo hodie doctorum ignorat Pityocampas legendum, uel more antiquo Pituocampas, aut buprestim. Plinius lib. xxii. de Sapa loquens, Vsus eius contra cantharidas, buprestim, pinorū erucas, quas Pityocampas uocant, Salamandras, & contra mordētia uenenata, de quibus Dioscorides lib. ii. Καυθαρίδι & πτυοκάμπτως, ἢ σαλαμάνδρας, ἢ βυπρηστῆως dixit. Eruca insectum est uillosum, quod hirsutam Columella appellat. In hortis passim uidetur, arborum folia exedens. Campe hæc Græcis à flexu dicta est: quia in arcum arripendo curuatur. De bupresti Plinius in xxx. Buprestis animal est rarum in Italia: simillimum scarabeo longipedi, fallit inter herbas bouē maximè, unde etiam nomen inuenit: deuoratumq; tacto felle ita inflammat ut rumpat, πᾶρὰ τὸ πρῆσαι τὰς βῆς. Paulus Aegineta lib. v. uenentorū nomina ex Dioscoride (ut opinor) ad uerbum recensens: Noxia (inquit) ex animalibus hæc sunt: cantharis, buprestis, salamandra, pityocampe, lepus marinus, rubeta, quæ & rana palustris muta dicitur, irudines uorate. Cicuta uerò ab eodē inter semina uenenata adnumeratur. Mandragora è genere liquamentorū est uel succorū, quæ ille ὀπίσματα uocat. Aconitū in genere radicum ponitur. Hæc etiam omnia à Dioscoride tractantur lib. vi. qui noxia medicamenta in libris suis adiecisse ait, duas aut treis ob causas. Partim enim eorū naturam uimq; maleficam nouisse, conducibile ideo existimabat, ut contra ea uenena remedia homini in promptu essent ante exquisita & comparata. partim ut qui uenena sumpserant imprudenter, ex affect

In manu esse mariti.

Eruca.

Buprestis.

Uenenata medicamenta.

affectione ægrotationū deprehendere indicia cuiusq; hausti ueneni possent, congruaq; subinde sibi remedia adhibere: cum eo quoq; quod ij qui his uenenis pro morborū remedijs uti instituerūt, alijs medicinis cōtemperatis, cautius & salutaris uti poterūt, cū eorū naturā uiresq; perdidicerint. Id quod eō pertinet, quod lex Cornelia de uenenis statuit. quum enim ob causam proximē dictā, pigmentarijs & medicamentarijs liceat publicē hęc habere uenalia ad usum salutarem: tamē sicui temere dederint & incōsulte, in fraudem ipsi capitalē incidunt. Legis autē uerbis non tene-

Philtia. bantur qui philtia dabāt, id est amatoria pocula, ut hic di-

Oxytoca. citur: nec qui oxytoca, id est partus adiuantia: aut arre-

Arrenogona. nogona & thelygona ad mares foeminasq; concipiendas.

Thelygona. sed tamen extra ordinē puniebātur, si euentu noxia erant, ut hīc dicitur, sæpe enim in noxam uertunt quæ ita porri-

Phthoria. guntur. Phthoria sunt & ecbolia ad partus abigendos: ut

Atocia. infra, in cap. Si muliebrē. Atocia ad fecunditatem inhiben-

Dystoca. dam & supprimendam excogitata fuerunt, dystoca ægros partus faciunt, & partiones incommodas. Vnde uerbum

Δυστοκία. δυστοκία, de mulieribus dictū ægrē pariētibus. Verū quod sequitur, Et id quod lustramenti causa dederit cantharidas, nō cōgruit constructioni: ut uel is qui legendum sit, uel uerba esse transposita suspicandum, hocq; modo reponen-

Cantharides. dum, Mandragoram, cantharidas, & id quidem lustramenti causa dederit. Plinius lib. x x i x. Cantharides (inquit) obiectæ sunt Catoni Vticensi, ceu uenenum uendidisset in auctione regia, quoniā eas sester. sexaginta addixerat. de bonis Cyprii regis loquens, cuius Plutarchus meminit in Catone. Ceterum de cantharidibus Plinius & Dioscorides satis multa ut medicis utilibus meminerunt: nusquam lustrationis per eas factæ mentio est apud eos,

quare

quare suspicor locum esse mendosum. In cantharidibus (inquit Plinius) magna quæstio: quoniam ipsæ uenenum sunt potæ, cum cruciatu uesicæ maximo. Cicero Papyrio scribens, pro uenenata potione posuit, Caius (inquit) Carbo, accusante Lucio Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur. Idem Plinius, Vis earum adurere corpus: crustas obducere. eadem pityocampis in picea nascētibus: eadē buprestis. efficacissimæ omnes ad lepras lichenasq; dicuntur, ut fortasse incrustamenti legendū suspicari quispiā possit. uel fortasse pro uoce aliqua Græca hoc uocabulum subiectum est: ut ex Dioscoride in præfatione sexti. ἢ τις ἐλκῶσαι πρὸς αὐτῶν ἰατρῶν, id est exulcerare uolēs. Lustrare inter alia hoc quoq; significat, quod lingua uernacula chermare uocat, quasi dicas carminare, hoc est carmine malefico afficere: Græcè θελαειν dicitur. quod uerbum si hīc rectē legitur, intelligendum est de ijs qui ad maleficium uendiderunt.

IN eodem cap. Et qui naufragum suppresserit: qui ue falsa iudicia confessus fuerit, cōficiendā ue curauerit. Lego qui naufragum suppresserit, qui ue falsa iudicia confessus fuerit, profitendā ue curauerit: nec me omnium quæ circumferuntur exemplariū similitudo mouet, quorū fides & autoritas oratorū scriptis labefactata est, ut supra planum fecimus. Est autē naufragum suppressere, hominē ē naufragio errabundū arripere, et in uinculis habere, aut in ergastulo cōcludere ad opus faciendum. Tranquillus in Augusto, Rapti per agros uiatores sine discrimine: liberi seruiq; ergastulis possessorum supprimebantur. igitur ergastula recognouit. Id genus hodie sceleris & plagij ab archipiratis perpetratur: qui homines incautos in maritimis locis comprehēsos in triremes rapiunt, ad scalnumq; alligant, ut sub flagellis remigent. Est autem suppressere, ē

medio

Supprimere. medio tollere, id est ἀφαιρέσειν. Diximus supra quid sit indicium profiteri, & indicium postulare, ex Cicerone. *Certa crimina.* ta sunt autem crimina in quibus impunitas indici dabatur: ut in causa maiestatis & proditiōnis, & si quid eiusmodi est. certæ etiā personæ sunt, quæ indices fieri poterant, ita neq; repetūdārū causa per indicē agi solet: neq; Senatoria persona potest indicium profiteri, saluis legibus. Index est qui eius facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita. Haclenus Aconius. Cicero, Quapropter si tibi indicium postulas dari, quod tecum una fuerit: concedo si id lege permittitur. Quod sequitur inferius, Qui hominem libidinis uel commercij causa castrauerit. Accursius absurdè intellexit, ignorās (ut opinor) olim spa dones in delicijs habitos ad libidinē. Libidinis igitur causa itelligēdū, τὸ πὸς τὰ πικρὰ, tales erāt Bagoæ apd' Persas.

Lasciua. IN eodē tractatu, cap. Lege, Cūm quidā per lasciuam causam mortis præbuisset: comprobatum est factum Ignatij proconsulis Veticæ. Beticæ legendum est, quæ pars est Hispaniæ. Lasciua quid sit, Accursius non satis intellexit: ita ne Bartolus quidem & reliqui eiusdem ordinis uiri, alioqui doctrina multa nec contemnenda præditi, de quo uocabulo nonnihil in priore uolumine annotationum diximus. Lasciua nec dolus nec culpa lata est, ut isti existimauerunt: sed proteruitas quædā ludicra, ut ex Plinio liquere potest lib. x x v i. Grauißimum (inquit) ex ijs morbis Lichenas appellauere Græco nomine: Latine (quoniā à mento ferè oriebatur) ioculari primum lasciuia (ut est procax natura multorū in alienis miserijs) mox & usurpato uocabulo mentagram, occupantē multis & rictus. Lasciuam Plinius iocum petulantia & procacitate improbum uocat. hoc à Græcis sumptū esse mihi uidetur, qui ἀσελγεία

etiam

etiam pro procacitate & proteruia accipiūt: ut Demosthenes περὶ κοινῶν, & Isocrates, ἀσελγῆ, id est lasciuum, appellantes τὸν μὴ μετέχοντα μήτε ἀρετῆς μήτε δικαιοσύνης. Sicq; Iuricons. & hic in tractatu, De re militari, & Locati, lasciuia accipitur pro incontinentia animi, nec uirtutem nec probitatem reuerentis, procacitateq; se oblectantis. Lasciuia autem ut malè moratam & noxiam, sic ludibundam intelligimus. Plenior autem & atrocior petulantia ἀσελγείας uocabulo quodammodo significatur, lasciuia orationis à Quintiliano dicitur libr. i i. pro ludibunda & exultanti oratione. Idē in nono, Quo minus ipsi in quos dicimus: aut iudices aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciuam, id est dicacitatis uoluptatem. Lasciuire etiam equi & pecora dicuntur, quod Græci σκιρτᾶν dicunt, & ἀποδυσσεταίρ, ut equi obesi ob idq; lusitabundi & contumaces: & interdum ἐξυβρίζοντες.

IN eodem tractatu, in cap. Furem nocturnum. hoc dictum Ulpiani pugnat cum dicto Gaij in cap. Itaque, supra, Ad legem Aquiliam, Cui Gaius Ciceronis autoritas astipulatur in oratione pro Milone, Quod si x i i. tab. (inquit ille) nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem si se telo defenderit, interfici impunè uoluerunt: quis est qui quomodo quis interfectus sit, puniendum putet: cūm uideat aliquando nobis gladium ad occidendum hominem ab ipsis legibus porrigi? Antinoniæ tamen mentionem apud iuris studiosos criminofam esse non ignoro. quare eorum pacem exposcendam nobis in præteritum quoque intelligo. Gellius libr. x. Nam furem qui in manifesto furto deprehensus esset: tum demum x i i. tab. occidi permisit, si aut cūm faceret furtum, nox esset: aut interdū se telo cūm prehenderetur, defenderet. Itidem Augustinus in cap. Si perfodiens,

dies, extrà, De homicid. Hunc locum igitur mutilatum esse censeo, atque ita restituendum: Furem nocturnum si quis occiderit, omnino impune erit: si diurnum, ita demum impune feret. & reliqua. Sic fiet ut cum Accursio non conflictemur, in salebraq; prærupta hæreamus addubitando atque ariolando.

AD legem Pompeiam, in cap. Si sciente, Quiq; quaesierint pecuniã, quiq; eorum ita crediderint, aut a quo ita cauerint. Accursius hoc uerbum ut mēdosum adnotare uidetur: ego uerbi elegātiã nequaquam silentio transmittendam esse duxi: est enim ex prisca lautaq;, non ex triuiali sordidaq; suppellectili huc translaturum. Cicer. in Verr. act. 1 1 1. Epicratem conueniunt, demonstrant, id quod ille sciebat, se sestertia octoginta dedisse: rogant eum ut id quod ab ipsis abesset pecuniæ, curet: ab sese caueat quemadmodum uelit, de illa hæreditate cum Epicrate neminem esse acturum. id est arbitrio suo ab se cautionem exigat. Idem in Bruto, At uero (inquam) tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eò nomine neminẽ cuius petitio sit, petiturum. Inde cauere obsidibus, pro obsides exigere dicebant, atque etiam pro obsides dare: utrunq; enim significat, sed sub diuersa constructione. Cæsar libr. v 1 1. de bello Gallico, Et quoniam in præsentia obsidibus cauere inter se non possent, ne res efferretur: ut iureiurando ac fide sanciat, petunt. Et cauere capite apud Pliniũ lib. x x x 1 1 1. quod est capitis periculo se obstringere, & alium sibi eodem uinculo obligare. Quod ergo hic Vlpianus dixit, Quiq; eorum ita crediderint, aut a quo ita cauerint: hunc habet sensum, Et qui credidit, & qui mutuatus est. οἷτε οὕτω δαυείσαντες, ἢ ἀφ' ἑ ἀξιολίτως ἔτως ἡσφά-
cauere. λίσαντο: ἢ ὄνπερ οὕτως κατηγγύησαν. Cauere interdũ
nec

cauere ab alio.

cauere obsidibus.

cauere capite.

nec stipulantis est, nec promittentis: sed iurisprudētis hominis, qui consultori suo rationem præscribit, formulãq; dictat paciscendi aut contrahendi, & monitis consilioq; instruit, ne conditionem suam deteriore faciat. ut apud Ciceronem in præfatione Topicorum, qui ad Trebatium scribens Iuriconsultum: Etenim (inquit) cum multis meis multa sæpe cauissem: ueritus sum ne si ego grauarer, aut ingratum id aut superbum uideretur. Quare in tertio de Oratore, cautores formularum Iurisperitos appellat. Sic accipitur Cautio in capite, Quidam decedens, supra, De administratione tutorum: Nemo enim, inquit, ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus, id est, his formulis testamentorum & conceptionibus uerborum. Accursius acutè (ut solet plerunq;) cautelas interpretatus est. Græcè, διαγορεύσας dicuntur, & προσδιορισμοί. Non absimilis est acrimonia Accursij in interpretatione Galli Gallinacei. Quintilianus libro septimo: Singula afferunt errorem. cum pluribus rebus aut hominibus eadem est appellatio: homonymia dicitur, ut Gallus. utrum enim auem, an gentem, an nomen, an fortunam, corporis significet, incertum est. Plinius & Columella gallinaceum sine adiectione galli, dicere solent. De pœna huius legis Cicero pro Roscio Amerino ita inquit: Ita prudentissimæ ciuitatis Atheniensis sapientissimum dicunt Solonem fuisse, eum qui leges quibus hodie quoq; utimur, scripserit. Is cum interrogatus esset, cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset: respondit id se neminem facturum putasse. Dicitur sapienter fecisse, cum de eo nihil sanxerit quod antea commissum non erat: ne non tam prohibere quàm admonere uideretur. Quantò maiores nostri sapientius? qui quum intelligerent nihil esse tam san-
ff Etum,

cautores.
Cautio.

Gallinaceus.

*Parricidarum
supplicium.*

Etum, quod non aliquando uiolaretur audacia, supplicium in parricidas singulare excogitauerunt: ut quos natura ipso in officio retinere non potuisset, magnitudine poenae maleficio submouerentur. In sui uoluerunt in culeum, atq; ita in flumen deijci. In flumen, non in mare dixit. O singularem, inquit, sapientiam: non ne uidetur hunc hominem rerum natura sustulisse & eripuisse, cui repente coelum, solem, aquam, terramq; ademerunt: ut qui eum necasset unde ipse natus esset, careret ijs rebus omnibus ex quibus omnia nata esse dicuntur? Et in Oratore perfecto: Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarum? quae nequaquam satis deferbuisse post aliquantò sentire coepimus. Quid enim tam commune, quam spiritus uiuis? terra mortuis? mare fluctuantibus? littus eiectis? Ita uiuunt dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat. ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. ita postremo eijciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant. quae uerba hodie leguntur, in Oratione suprascripta, quam Cicero primam egit, quasi in tyrocinio. Adnotandum hic uidetur, id quod Suetonius his uerbis ait in Augusto: Dixit autem ius non diligenter modò, sed etiam summa lenitate. siquidem manifesti parricidij reum, ne culeo insueretur (quod non nisi confessi afflicbantur hac poena) ita fertur interrogasse: Certè patrem tu non occidisti?

AD legem Corneliam de falsis, in principio: Testimonia ue falsa inspicienda dolo malo coniecerit. id est curauerit: inquit Accursius. Ego ut non dubie lego coierit: ita inspicienda, uerbum mendosum esse arbitror. sicq; locum restituendum: Testimonia ue falsa inuicem dicenda coierit, ut Vlpianus in cap. Lege Cornelia, inferius: Item qui

qui falsas attestaciones faciendas, Testimonia ue falsa inuicem dicenda dolo malo coierit. ex cuius loci cum hoc collatione satis apparet fluxam esse fidem exemplarium peruatorum. Vtrobique tamen hanc particulam in, deesse affirmauerim: ut sit, Item qui in falsas attestaciones. ut Plin. in epist. In lites coiri questus est, & gloriae loco poni ex spolijs ciuium magnos & statutos redditus. Dicebant enim coire in rem uel de re. ut Cicero pro Roscio: Auaritiam praefers, qui societatem coieris de municipijs cognatiq; fortunis cum alienissimo. Coire autem uerbum est criminofum interdum: ut ex ijs exemplis patet quae superius citauimus, cum de uerbo Circunuenire iudicio diceremus. συγκατοειρ Graece dicitur, & σιωιςαδτ & επισιωιςαδτ, ut diximus.

IN cap. Impuberem. §. Item si seruo, Dicimus eum poena eximendum esse. legendum poena, in datiuo. Eximere poena ut eximere noxae dicebant. Tacitus, Marcellum preces Caesaris poena magis quam infamiae exemere: τῆς τιμωρίας μάλλον, ἢ τῆς ἀτιμίας ἐξείλον. Liuius lib. viii. Inde noxae eximitur Q. Fabius, qui contra Imperatoris imperium pugnavit: sed noxae damnatus, donatur populo Rom. donatur Tribunitiae potestati praecarium non iustum auxilium ferenti. illud prius noxae, datiuus est: posterius, genitiuus. Sic Liuius libro quarto: Nota iam destinatae exemptus est à Censoribus. Eximere supplicio. Curtius: Sic exemptus reus dicitur cap. Si interueniente, infra, Ad Turpilianum. Cicero in Verrem, actione iii. Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam, ne tu ex reis eximerere, si ego non affuissem ad diem. id est, ne tu necessitate obseruandi iudicij publici absoluereris. ἵνα μὴ τῆς ἀτίας σὺ γε ἐξαιρεθείης, εἰ ἐγὼ οὐκ ἀπύσωρ εἰς τὴν κυρίαρ, Noxae eximere precibus, est poenam reo destinata deprecari: ferre.

ff 2 ἐξαιρεθ

Inter reos re-
cipi.

Reum fieri.
Mos prisceus
in rebus capi-
talibus.

ἐξαιτῆσαι τὸν κινδυνώοντα, τὸν κεινόμενον. In reos refer-
re opponitur ei quod dictum est, ex reis eximere. Cicero,
Absentem credo in reos relatum, rem indicta causa iudica-
tam. Et in Verrem, actione ultima: Sthenij domum per ho-
spitium exhaustit: absentem in reos retulit: causa indicta ca-
pitate damnauit. Ii inter reos recepti dicebantur. Reum autem
fieri, inquit Asconius, est apud Prætores legibus interroga-
ri. Cùm enim in ius uentum esset, dicebat apud Prætores accu-
sator reo, Aio te Siculos (uerbi gratia) spoliasse. si tacuisset:
lis ei æstimabatur ut uicto. si negasset: petebat à magistratu
dies accusator inquirendorum criminum, & instruebatur ac-
cusatio. ὑπόδουοι à Græcis dicuntur, & ἐδιδωόμενοι, et ἐς
τὸ δικάζειν εἰσαχθέντες. Hæc cùm sint uerba iuris, tamen
inter Iurisperitos obsoleta sunt & ignota: pro eisq; alia sor-
didioris notæ substituta increbruerunt, ut in omni ferme par-
te iuris. usq; adeò facilis est in deteriora delapsus.

IN cap. Quid sit falsum, Si quis chirographum alienum
immutet. Legendum imitetur, id est, effingat. Tranquillus in
Tito: E pluribus comperi notis quoq; excipere uelocissime
solutum: & cum amanuensibus suis per ludum iocumq; cer-
tamen imitari chirographa quæcunq; uidisset, ac profiteri se
maximum falsarium esse potuisse. Cicero de Natura Deorum:
Chirographum sex primorum imitatus est. hoc est, adulte-
rauit. Vnde imitatum passiuè, quod alibi a simulatum dixit
in libro de Vniuersitate: uidelicet quia Græci dicunt ἀπο-
μιμημένον ἀντὶ τῆς ἀπικρονισμένου.

Diplomata. Diplomate uias commeauit. Et hic, & in capite, Continuus,
suprà, De uerb. oblig. Nemo, qui literarum bonarum elemen-
ta attigerit, ignorat diploma legendum esse, non duploma.
Diplomata sunt quas literas patentes nunc appellamus:
cuiusm

cuiusmodi sunt edicta & mandata Principum regio signo
sancta: & quas bullas Pontificias uocant. Cicero in Episto-
lis: Diploma statim non est datum. de literis Cesaris lo-
quens, quibus Balbus restituebatur. Verbum est Græcum,
quippiam duplicato compositum significans aut complica-
tum, ut linteum, quod πύγμα dicitur. Macrobius: Consu-
lunt hunc Deum & absentes missis diplomatibus consigna-
tis: rescribitq; ordine ad ea quæ consultatione abdita conti-
nentur. Diplomata appellat chartulas complicatas, & lino
traiectas obsignatasq;. quo in loco codicillos etiam Latine
ea uocat: ut Tranquillus in Claudio: Suppositos aut etiam
palam immutatos datorum officiorum codicillos. quod uer-
bum legitur in Tractatu, De excusa. tutorum, capite Admi-
nistrantes. Vnde codicillaris potestas Lampridio: id est,
quæ à Principe confertur. Traianus ad Plinium: Diploma-
ta quorum præteritus est dies, non debent esse in usu. ideo
inter prima iniungo mihi, ut per omnes prouincias antè
mittam noua diplomata, quam desiderari possint. Sic Cicero
in Pisonem: Mitto diplomata tota in prouincia passim da-
ta: mitto numerum nauium summamq; prædæ. id est, edicta
quibus naues exigendas mandabas, cùm prouinciæ præesses.
Inde fit, ut diplomata uocati sint codicilli qui dabantur cur-
soribus, ut liceret eis uti equis & uehiculis publicis. Ve-
rùm quoniam in ijs exigendis interdum fraus committeba-
tur: ideo lege Cornelia constitutum eos teneri, qui adulte-
rinis codicillis utuntur. Hodie apud nos interdum fieri ui-
dimus, ut non aliter cuiquam liceret equis celeribus uti,
qui ob cursores armillos mansionatim collocati sunt,
quàm si chartulam haberet publico chirographo subscri-
ptam. Apud Persas erat ἀρχαίων δρόμια cursus per-
nicissimus equitum, ut scribit Herodotus in octauo. Vnde

Angaria. nomen Angariae & parangariae in libris Iuris lectitatum manauit. est enim nomen Persicum. nostrates postas, quasi positos collocatosq; certis in locis, & semper in procinctu excubantes appellant. Antiqui non equis singulis & expeditis ut hodie, sed uehiculis utebantur. unde cursus uehicularis erat qui publicus dicitur libro duodecimo Codicis. Id quod planum sit ex Plutarcho in Galba, his uerbis: Νυμφιδίους uerò non mediocri indignatione affectus est, cum Consules seruos publicos destinassent, quibus ferenda est ad Imperatorem Senatusconsulta praeberent: quibus scilicet ipsis ea quae diplomata appellantur, ideo dari solent, ut ijs statim agnitis, ciuitatum magistratus tabellariorum cursum accelerent, in commutatione uehiculorum datis deductoribus. Iulianus Imperator, in Epistolis: Ἄξιόν ἐστι δὲ τοῦ δημοσίου δρόμου ὀχήματι χρώμενον ἐνὶ καὶ παρίππῳ. Idem alibi: χρῆσι δὲ ὀχήματι δημοσίῳ μέχρι τραποπέδου τῆς ἑμῆς, καὶ ἐνὶ παρίππῳ. ducet te autem cursus publicus, uno utentem uehiculo & parippo uno. Quid sit autem Parippus, uidebis in lege quarta, De cursu publico & angarijs & parangarijs, lib. xii. Cod. ubi Parhiphus pro parhippus legitur ab interpretibus post Accursium. Ibidem Paraueredus pro eodem dicitur: hoc est, qui ueredo uno super numerum utitur diplomate comprehensum, uel super numerum solitum: ut in superioribus exemplis Iuliani Principis. Veredi à uehendis redis dicti, uocabulo è Gallico Latinoq; composito, ut Epi-redum: cum reda sit Gallicum uocabulum, ut inquit Quintilianus: Diplomata igitur erant uel chartula signo principali obsignatae, uel tesserae, quibus agnitis, qui ἐπαρχοὶ dicuntur, hoc est, Praesides & alij magistratus Praefectiq; uehicularia cum equis publici cursus accommodabant. In tractatu, De cursu publico Codice. euectiones ident

cursus uehicularis.


Parippus uel Parhippus.

identidem diplomata dicuntur: pro quo uocabulo Graece σωδήματα legimus, id est, tesseras. ut in lege tertia tractatus saepe dicti. Euectiones, inquit, ab omnibus postulentur: & tam Iudices, quam custodes. & reliqua. πᾶς δὲ δούωρ ἀπαίτεσθω σωδήματα παρὰ τῶν προετηκότων τῆς δημοσίας δρόμους. Tres autem eos libros qui postremi sunt Codicis, nec emendari posse sine Graecis exemplaribus, sicubi extant, cognitu facile est, nec enarrari. quibus in ipsis per multa uocabula barbara inueniuntur: ut auerta in lege, Quoniam, in eo ipso tractatu, De cursu publico: Sella, inquit, cum frenis, sexaginta libras, totidem auerta non transeat. ἡ δὲ ἀβέρτα, τριτέρι τὸ ὑπομάσχαλον ὅπερ ἐπιφέρουσι καὶ τῆς νότης, ἔσω καὶ αὐτὸ ἐξήκοιτα λιθῶν. καλεῖται δὲ ἀβέρτα ἐκ τῆς ἀπεσφραδῆς. Auerta, inquit, uocatur ex eo quod auersa sit. Est enim hypomaschalon, id est, lora latiora quae per terga equi iugalis excurrunt sub alis eius succincta. Ibidem: Hippocomi sunt homines equorum curae praefecti: quales scutarij in comitatu Regis uocantur: quorum maximus Archippocomus dici potest. *De tribus postremis libris codicis.* *Barbara uerba in ijs libris.* *Auerta.* *Hippocomi.* *Archippocomus.*

IN lege, Si quis, eodem tractatu, De cursu publico. Mutationes sunt quae à Graecis ἀλλαγὰι dicuntur, & ἀμοιβὰι. Siquis, inquit, uel pro una mutatione ueredum superducendum esse crediderit, quadruplum. & reliqua. ἢ ἂν τις μίαν γῆρ ἀλλαγῆν παρελάσῃ, uel παρῆππύσῃ. Si quis uel unicam mutationem praeteruehatur: id est, mansionem demutandis equis destinatum. quod nec Accursius, nec Bartolus intellexisse uidentur: nec id mirum est.

IN cap. Si quis obrepserit Praesidi prouinciae. Quoniam hoc uerbum apud Iurisconsultos in usu est: & Accursius eius uim significationemq; parum percepit, ut hoc in loco luculenter ostendit: idco enarrandum nobis uisum est. Ob-

ff 4 repere



Obrepere. repere est latenter progredi & fallaciter adire: παρρησι-
σαι: ut serpentes humi repentes solent. Vnde fit ut quic-
quid sensum fallat, id obrepere dicatur: ut, Obrepit non
intellecta senectus. Cicero in Catone: Qui enim citius ado-
lescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? Et
libro sexto, ad Atticum: Obrepit dies, ut uides: mihi enim
ad tertium Calendas Sextiles decedendum est. ἡ ἡμέρα
ὑπέδου. Alibi: Mihi dies decessionis λεληθότως obrepebat.
Et eò fit, ut obrepere pro fallere, hoc est, incautum aggredi,
accipiatur. Plinius libro trigesimo sexto: Nec potest uideri
Scaurus rudi & huius mali improvidæ ciuitati obrepisse
quodam uitæ rudimento: iam enim L. Crassum Oratorem
M. Brutus in iurgijs ob id Venerem palatinam appellaue-
rat. καὶ τοὶ ἐκ ἄρ δονοίη ὁ Σκαῦρος ὑπελθεῖν τῶν πόλιμ. Vl-
pian. de Car. edict. Sed si cum esset pubes, quasi impubes ob-
repit: dicendum est nihil eum egisse. Accursius obrepit exi-
stimauit ab obripio esse: ut preces obreptitias et surreptitias,
Nicolaus Perottus ab obripiendo & surripiendo dictas esse
tradidit. De obrepo iam planum factum est, de surrepo re-
stat ut doceamus. Quintilianus in quarto: Beneuolentiæ &
attentionis postulatio, quia esse in turpi genere causæ non
surrepere. possit: insinuatio surrepat animo, maximè ubi frons causæ
non satis honesta est. Et itidem, de exordio loquens, & tur-
sus de Partitione: Ita surrepetur animo Iudicis. Obrepere
igitur magistratui quid sit, satis liquet. hoc Græci Orato-
res κλέπτειν dicunt. & κλέμματα obreptionem: licet & alia
Obrepere ad ho- significet. Obrepere autem ad magistratum dicitur, qui fal-
norem uel ma- sa specie uel probitatis uel doctrinæ ad magistratus assumi-
gistratum. tur: & ut uulgò loquimur, per hypocrisim. Cicero in Piso-
nem: Obrepisti ad honores errore hominum, commendatio-
ne fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil præter
color

colorem. id est, sefellisti populum Romanum commendatio-
ne familiæ cognomento frugi. παρρησιάζεις εἰς τὰς ἀρχάς.
Et pro Plancio: Quid si doceo Gn. Plancium non obrepisse
ad honores: sed eo uenisse cursu qui semper patuerit omni-
bus hoc nostro equestri loco? id est, ut uulgus loquitur, per
abusum. Dicitur & irrepo eodem ferme significato. ut in ter-
tio Offic. Itaq; si uir bonus habeat hanc uim, ut si digitis con-
crepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irre-
pere: hac ui non utatur. Irrepere pro fallaci quodam commē-
to, et obtentu iniquo inter heredes adscribi. Sic pro Archia:
Qui etiam post legem Papiam in eorum municipiorum ta-
bulas irrepserunt. παρενεγράφησαν τοῖς πολιταῖς. & πα-
ρέρραφθη τῶν πολιτῶν huiusmodi dicitur.

A D leg. Iul. Repetund. cap. In comites. In comites quoq;
Iudicum hac lege iudicium datur. Bartolus, ut in Accur-
sij sententiam iuratus, comites duobus modis intelligi pos-
se ait: id est, conscios & consortes criminis: uel officij so-
cios, id est, collegas. Vsque adeo recentiores Iurisconsulti
à priscorum doctrina Latinaq; loquendi consuetudine de-
generarunt: non ingeniorum illi quidem tarditate, quæ sum-
ma ipsis eximiaq; fuerunt: non rerum incuria, ad quas per-
cipiendas summo studio incubuerunt: sed prisce historiæ
ignoratione, antiquarumq; rerum inscitia, quas infelicitate
temporum satis nosse non potuerunt: cum bona pars do-
ctrinæ atq; elegans in tenebris esset condita, & situ squa-
loreq; multorum seculorum obruta: tametsi permultis eo-
rum persuasum fuerat, uerborum elegantiam studio iuris
incommodiorem quam utiliorem esse. Quæ sententia rusti-
citatibus plena, ita in rem præiudicatam transijt: ut uel hodie
in literarum claritate propemodum instaurata, putidissi-
ma eorum uoluminum barbaries in consilijs publicis, sum-

Comites Iudicium.

mo assensu, atq; etiam plausu per sepe excipitur. Scilicet illa uis est naturæ perpetua, ut temporis circumactu omnia deteriora fiant: uitiâq; in dies erroresq; inualescant. Comites Iudicium, id est, Proconsulum, Prætorum, Præfulum, aliorumq; magistratuum prouincias regentium: erant Legati, Præfecti, Quæstores, Scribæ: qui cum magistratibus in prouincias mittebantur, ut hodie à Venetis mitti audimus cum Prætoribus designatis. Cicero in Verrem, Actione tertia: Non nego tibi ipsi nullum nummum esse numeratum: sed cum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniæ dabantur: non erat quærendum cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: Præfecti, Scribæ, Medici, Accensi, Aruspices, Præcones, manus erant tuæ: ut quisq; te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur. Est alioqui etiam comes non socius, sed qui alium comitatur tanquam maiorem: ut in cap. Item apud Labeonem, supra, De iniurijs. §. Siquis uirgines. licet Lucanus pro socio usus sit illo in loco: Scire Senatus auct miles te magne sequatur, an comes. Cicero in Tusculanis: Asclepiadem ferunt Philosophum, cum quidam quæreret quid ei cæcitas attulisset: respondisse, ut puero uno esset comitator. Cicero pro Cornelio, de Pompeio loquens: Cum etiam ipse casus euentusq; rerû, non duces, sed comites consiliorum eius fuerint. Id est, cum interim ipse plus spei ac fiducia in consilio quàm in fortuna poneret: cum priores partes Prudentiæ tribueret, & posteriores Fortune. Duorum tamen generum comites fuerunt, id est, ἀκόλῳδῳ Iudicium, id est, magistratuum. Prioris generis sunt ij, de quibus Cicero ad Quintum Fratrem ita scribit: His autem in rebus iam te usus ipse profectò erudiuit, nequaquam satis esse, ipsum

has

has te habere uirtutes: sed esse circumspectendum diligenter, ut in hac custodia prouinciæ non te unum, sed omnes ministros imperij tui socijs & ciuibus & Reipublicæ præstare uideare: quanquam legatos habes eos. & reliqua. Idem inferius: Atq; inter hos, eos quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa Respublica duntaxat finibus his præstabis, quos antè præscripsi. Quos uerò aut ex domesticis conuictoribus, aut ex necessarijs apparitoribus tecum esse uoluisti: qui quasi ex cohorte Prætoria appellari solent: horum non modò facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Et inferius: Accensus (inquit) sit eo numero, quo cum maiores nostri esse uoluerunt: Sit licitor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor. His uerbis apparet comites quosdam fuisse adiutores & ministros imperij publici & magistratus: alteros fuisse apparitores & domesticos Proconsulis aut Præsidis: qui tamen ipsi etiam publicè ei dabantur: ut accensus, præco, medicus, lictores, aruspices: qui quasi ex cohorte dicebantur. Quos Marcellus in primo capite intellexit his uerbis: Vel cum ex cohorte cuius eorum est. Vbi legendum censeo, Vel eum qui ex cohorte. Quid autem sit alioqui cohors Prætoria, nos in altera editione diximus. unde prætoriani milites dicti. Idem Cicero in Verrè: Cohors illa tua quæ plus mali Sicilia dedit, quàm si centum cohortes fugitiuorum fuissent: tua manus sine controuersia fuit. De domesticis eius loquens, non de militibus: ut in Frumentaria, cum Verrè recuperatores, id est, Iudices priuatarum controuersiarû de cohorte sua dedisse dicit, furtorum & rapinarum participes. Hæc lex à Pisonè primùm lata est cognomento frugi, appellataq; est lex socialis, ut ipse inquit in tertia Verrina: est enim sociorum causa constituta: Ciuibus (inquit ipse in Diuinatione) cum sunt pecuniæ

Comites quasi ex cohorte Prætoria.

Lex socialis. *Lex socialis.* Hæc lex socialis est: hoc ius nationum exterarum est: hanc habent arcem. Quod iudicium ipse Verrem accusans, his uerbis intēdit in prima act. Dicimus C. Verrem cum multa libidinosè, multa crudeliter in ciues Ro. atq; in socios: multa in Deos hominesq; nefariè fecerit: tum præterea sestertii quadringenties ex Sicilia contra leges abstulisse. Sic enim legi debet. Quod apud nos decies centenis milibus aureorum æstimari debet duntaxat coronatorum.

Missio militaris. IN capite, Eadem lege, Nequis ob militem legendum mittendum uel æs accipiat. Mirum est Accursium non intellexisse quid sit mittere milites, id est, à militia dimittere, ut causarios aut emeritos: cum Vlpianus in capite, Quod Prætor. §. Ignominie, supra, De ijs qui notantur infamia, missionum militarium genera distinxerit. In delectibus autem faciendis ciues Romanos cogi solitos nomina in militiam dare, nemo ignorat, qui quidem Liuium legerit aliqui in parte, ut libro quinto ab Vrbe: Omnium primum (inquit) Tribunis militum fuit delectum haberi: nec iuniores modò conscripti, sed seniores etiam coacti nomina dare. Et libro septimo: Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, sed etiam laceratione corporum fuit: partim uirgis castis, qui ad nomina non respondissent: partim in uincula ductis: inuisa erat. Inde dare nomen militiae, in capite, Qui cum uno, infra, De re militari. Quod autem subditur: Vel ob accusandum, uel non accusandum pecuniam accipiat: id per legem Cintiam contra causidicos quæstuarios constitutum est: de qua Tacitus libro nono, ita inquit: Igitur incipiente Caio Silio, Consule designato, consurgunt Patres, legemq; Cintiam flagitant: qua cauetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam donum uel accipiat. Deinde ob
strep

strepentibus ijs quibus ea contumelia parabatur, discors Suillio Silius acriter incubuit: ueterum Oratorum exempla referens, qui famam in posteros præmia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima. alioqui & bonarum artium principem sordidis ministerijs foedari: ne fidem quidem integram manere, ubi magnitudo quæstum spectetur. Et paulò post: Talia (inquit) dicente Consule, parabatur sententia, qua lege Repetundarum tenerentur: cum Suillius & ceteri circumstantes Casarem antea acta deprecantes. Et inferius: Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiendis pecunijs posuit modum usq; ad dena sestertia: quæ egressi Repetundarum tenerentur. Hæc dena sestertia in capite 1. De uarijs & extraord. cognitionibus, centum aurei uocantur: ea autem nos in lib. de Asse, ducentos & quinquaginta aureos francicos ualere ostendimus: quæ summa ad nummum cum decem sestertijs conuenit, cum in singula sestertia uicenos quinos aureos taxauerim.

IN capite sequenti: Ne uel ob litem æstimandam iudicium uel capitis pecuniæ uel faciendum. Hoc uerbum Accursiani non intellexerunt. sunt enim antiqui iuris uerba. Cicero in Verrem Actione tertia: Reperies paucos Syracusanos, qui se nunc publicæ laudationis causa uenisse dicunt, & tunc participes prædæ fuisse: & nunc non ad istius laudationem, sed ad communem litium æstimationem uenisse. Idem in quarta: Hoc quenquam deniq; nunc tuorum aduocatorum æquo animo audire arbitrare: quia in ciuitate Caio Catoni clarissimo uiro, Consulari homini sestertium x viii. milibus lis æstimata sit: in eadem ciuitate apparitori tuo esse concessum, ut sestertium uno nomine tredecies auferret? Litem æstimatam Catoni dicit, id est, eum damnatum x viii. milibus nummum iudicio repetundarum.

Idem

Idem in ultima: Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam, domum: sed ex tua calamitate cineri atq; ossibus filij sui solatium uult reportare. Lites æstimatas uocat pecuniam multatitiam, & nummarias sententias: ut hodie cum Iudices certa summa, actorum dispendia & incommoda æstimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. id à iuris auctoribus, quanti interest actoris appellatur. Sic in iudicio repetundarum fiebat: nam repetundarum causa (inquit Asconius) ita se habet, ut si reus conuictus sit atq; damnatus, pecuniam reddat æstimata lite: hoc est, in pretium redactis omnium furtis: quam summam pecuniæ proscriptis eum bonis sectores curabant. Haec tenus Asconius. Crimina autem Verris non tantum ad lites æstimandas pertinebant: sed etiam ad poenam capitalem & exilium propter crudelitatem. Itaq; ille prima statim actione perterritus in exilium abiit, non expectato iudicij exitu. Caesar in v. Commentar. Obsidibus ad diem adductis, ut imperauerat: arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstimant, poenamq; constituent. Id est, qui ob incursiones Pyrustarum in Illyricum factas, eos tanti damnarent, quantum esset damnum populatione datum. διαίτητας ἐδωκεν ἐφ' ᾧ τιμῶσασθαι τῆσιν τῶν δίκων. dicitur & à Græcis τίμημα ἐπιγράφαι τῆ δίκῃ, cum actor ipse tanti litem æstimandam sibi poscit. Sed Iudicis est

Lites æstimatio. τιμῶσασθαι τῶ ἀλόγῳ τῶν δίκων. Litis antea æstimatio ita appendix erat damnationis, ut hodie ex formula iudiciali: id est quod damna & interesse uocant. id enim ex Cicerone pro Cluentio intelligere promptum est, his uerbis scribente: Hic profertur id, quod iudicium appellare non oportet. P. Septimio Scauola litem eo nomine esse æstimatam, cuius rei quæ consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus uerbis docere non debeo. nunquam enim ea dilig

diligentia quæ solet adhiberi in cæteris iudicijs, eadem reo damnato adhibenda est. In litibus æstimandis fere iudices, aut quod sibi eum quem semel condemnauerunt, inimicum putant esse: si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt: aut quod se perfunctos iam esse arbitrantur, cum de reo iudicarunt, negligentius attendunt cætera. Itaq; & maiestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis de pecunijs repetundis lites essent æstimatæ. & hoc quotidie fieri uidemus, ut reo damnato de pecunijs repetundis: ad quos peruenisse pecunia in litibus æstimandis statutum sit: eos illi iudices absoluant. quod cum fit, non iudicia rescinduntur: sed hoc statuitur, æstimationem litium non esse iudicium. Haec Cicero & alia quæ sequuntur, causæ suæ inseruiens dixit: quibus rem aliquantulum obscuram implicare etiam summopere nixus est. Quare Quintilianus de hac oratione loquens ita inquit: Itidem Orator cum falso utitur pro uero, scit esse falsum: eoq; se pro uero uti. Non ergo falsam ipse habet opinionem, sed fallit alium: nec Cicero cum se tenebras offudisse iudicibus in causa Cluentij gloriatus est, nihil ipse uidit. Aestimare litem capitis est actione rei persecutoria non uti: sed criminaliter intendere, & ut uulgò loquimur, conclusiones capitales concipere. Cicero in Oratione supradicta: Scauola condemnatus est alijs criminibus, frequentissimis Apuliæ testibus: omni contentione pugnatum est, ut lis hæc capitis æstimaretur: quæ res si rei iudicatæ pondus habuisset, ille postea uel iisdem uel alijs inimicis reus ac lege ipsa factus esset. ubi non pugnatum, sed expugnatum legendum esse suspicor. id est, obtinuit actor summa contentione, ut sibi liceret litem capite æstimandam postulare. Existimo enim à Græcis hanc locutionem tractam. Plato: Ἄποδάνοις ἀπὲρ εἰ βέλτο

Aestimare litem capitis.

capitis anqui-
vere.

ἐὶ βέλοιο θανάτου σοὶ τιμᾶσθαι. id est, si te capitaliter postulare uoluisse. Demosthenes ἢ Θεοκρίτης de accusatore dixit ut Plato, ἐφ' οἷς τῷ πατρὶ ἐτιμίσαστο δίκαια τῶν ἀνδρῶν, ἀπὸ Πλάτωνος, ἢ ἀνείλετο τὴν γραφὴν προδὸς τὸν ὄρφανόν. Subdit enim postea, ἀφῆκε τὴν γραφὴν ἐφ' ἧ δίκαια τῶν ἀνδρῶν ἐπεγράψαστο τίμημα exemit eum noxae, cuius litem decem talentis aestimauit. Id Lilius ex antiquis Annalibus capitis anquirere dixit. Hoc autē ex uerbis Ciceronis supra citatis intelligimus, litem aestimationē non ita iudicij uicem implere, ut ex ea praedictum in causam capitis fiat alia lege agenti, ut enim alibi diximus, certa ac peculiaris cuiq; iudicio publico formula erat, qua causam dicere accusatis erat necesse.

IN eodem capite : Ne in acceptum feratur opus publicum faciendum : frumentum ue publice dandum, praebendum, apprehendendum : sarta tecta tuenda antequam perfecta, probata, praestita legerint. Lego non apprehendendum, sed approbandum : & lege erunt, non legerint. Omnino enim sic legendum est : id quod etiam ipse suspicatus est Accursius. Sunt autem uerba priscae formulae in ijs rebus quae publice locabantur. Lex pactum significat. Cicero in Praetura urbana, de sarta tectis loquens : Rabonius qui legem nosset qua in lege numerus tantum columnarum traditur, perpendiculi nulla fit mentio, negat oportere columnas ad perpendiculum exigi. Id est, qui nosset formulam qua sarta tecta à Praetoribus tuenda locabantur. de quo uerbo nos plenè diximus in superioribus. exempla crebra sunt apud Catonem. Vlpianus hanc legem inquit uenditionis : Siquid sacri uel religiosi est, eius nihil uenit, superuacaneam non esse. Probatum autem & approbatum opus dicitur, quod magistri opificiorum euocati in spectum, retulerunt esse idoneum, & rectè factum. Cicero : Locatur opus

Probatur opus
et approbatum.

opus id, quod mea pecunia reficiatur : ego me refecturum esse dico. Probatio futura est tua, qui locas : praedibus & praedijs cautum est populo. Id est, tuum est praetoris, qui locasti, exigere ut opus tradā approbatum : & mihi accepto ferre cum probatum fuerit. quibus uerbis ostendit praetoris iniquitatē. Tu (inquit Asconius) operis exactor esse debes, non uoluntatis meae dominus : ut me inuito opus alij faciendum loces, cum populo praedes dederim. Est autem accepto ferre, uel in acceptum, id quod uulgo dicunt habere pro admisso & recepto. Idem, Rabonio inde opus acceptum retulit. τὸ ἐκλεδομένον ἔργον ἐπὶ τούτῳ ἀπολαβεῖν ἀνωμολογήσατο. uel ad uerbum, λαβὼν ἔχειν διωμολογήθη ὑπὸ τῆς ἐργολαβήσαντος. dici etiam potest, ἀποδεξάμεν ἔχειν διωμολογήσατο. Probare uerò & approbare, rei emptoris est, non locatoris. Est enim approbare (quod Cicero ferre probare dicit) efficere ut probum rectumq; iudicetur, id quod quis facit uel dicit. Cic. in Verrem, Nō uereor ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non probē. id est, scio eum omnino hanc meam accusationē Verris nō improbatum. Et pro Sylla, Hoc sentio, si mei facti rationē uobis constantiāq; huius officij ac defensionis probaro, causam quoq; me P. Syllae probaturum. Hoc existimo sic Graecè dici posse, ἢ ἔργῳ μὴ τῆς εὐσταθείας τῆς καθήκοντος τῆς ἐμῆς, ἢ μᾶς ἀρέσω, ἢ δὴ τῆς ἀπολογίας οἶμαι, τῆς τῆς Σύλλας αὐτῆς ἀρεσθῆσεσθαι. uel magis ad uerbum, ἢ τῆς ἀπολογίας δὴ τῆς τῆς Σύλλας ἀρεσεῖν ἢ μᾶς δλοκῶ μοι. Opus autem probare est, ut uulgus loquitur, rectè & probè cōsumatum praebere. Paulus supra in tractatu, Locati, Si in lege locationis hoc comprehensum est, ut arbitrato domini opus approbetur : perinde habetur ac si uiri boni arbitrato comprehensum esset. Vitruuius, Redemptor ad tēpus opus manufactū subtiliter regi

Accepto fer-

re.

Probare opus

& approbare.

sacoma. approbavit: & ad sacoma pondus coronæ uisus est presti-
tisse. Sacoma Vitruuius σάκωμα dixit: id est quod in li-
bra apponitur ad æquilibrium faciendum. Secundum hoc
Marcellus, aut qui legem rogauit potius: perfecta, ad ope-
ra: probata, ad frumenta: præstita, ad sarta tecta retulisse
uidetur, uel fortasse hæc tria ad sarta tecta retulit & ad su-
periora promiscuè. Quod si appendendum legi debet, ut
suspiciari non immeritò quis possit: locus est mutilatus: ut
fortasse hoc uerbum oleum desit. Frumentum enim admen-
sum: oleum appensum præbetur. Erat enim munus publi-
cum, ut frumentatio, quæ sitonia Græcè dicitur.

AD legem Iuliam de annona, Constitit inter dominum
& seruum iudicium. Consistit uidetur legendum: aut Gra-
co more, dixit σωβερνέ. quod tamen significationem ha-
bet presentis, ut ὑπερβα, & alia.

IN cap. Qui tabulam, Ad legem Iuliam pecul. Qui ta-
bulam aream, leges, formam ue agrorum continentem re-
fixerit. Sic dictum est, ut in sexto Aeneidos, Fixit leges
pretioq; refixit. quo modo etiam Cicero in Philippicis usus
est: Leges enim in tabulis aeneis incisæ erant. Boëtius au-
tè autor est in colonijs assignandis agros uarijs limitibus cõ-
formari olim solitos. Quidam enim agri in decumanum for-
mabantur: quidam in cardinem: quidam in scamnum, aut
in strigam. erant & excultellati, normati, succisui, alijsq;
nominibus appellati, ab agrimensuris inuentis & usur-
patis: qui agrorum metandorum peritiam profitebantur.
Erant etiam leges cuique agri generi, secundum quas con-
trouersie finales disceptabantur. Inde illud Plinianum lib.
xvii. Vineas limitari decumano oportet. xviii. pe-
dum latitudinis ad contrarios uehiculorum trāsitus: alijsq;
cõuersis limitibus denum pedum distingui per media iuge-
ra:

ra: aut si maior modus sit, totidem pedum cardine quot de-
cumano limitari. Quid autem sit Cardo, quid decumanus, <sup>Cardo & de-
cumanus.</sup> ipse libro duodeuicesimo docet, Solis ortu (inquit) quo-
cunq; libeat die stantibus hora diei sexta, sic ut ortum eum à
sinistro humero habeat: contra mediam faciem meridies, à
uertice septentrio erit. qui ita limes per agrum currit, car-
do appellatur. & inferius, Linea (inquit) hæc erit ab
exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes
qui ita secabit agrum, decumanus uocabitur. Hic litem
non pro termino intelligere oportet, sed pro forma agri.
Sic apud Liuium de bello Macedonico lib. vii. Termi-
nus est nunc imperij uestri mons Taurus: quicquid intra
eum cardinem est, nihil longinquum uobis uideri debet:
quo arma peruenerunt, eodem ius hinc profectum ueniat.
Verba sunt legatorum Græciæ, Taurum montem à mari
Euxino ad mare Cyprium excurrentem. Liuius cardinem
à forma uocauit, quasi litem imperij Romani à septen-
trione ad meridiem.

IN cap. sequenti, Qui autem ædiculas incustoditas ten-
tauerint: amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi me-
rentur. Aedicula est sacellum, id est ædis sacræ appendix. ^{Aedicula.}
Liuius, iisdem diebus ædiculam uirginis propè
ædem Concordiæ M. Portius dedicauit. ναϊδιον Græcè di-
citur. Plinius pro loculamento simulachri posuit libro
xxxvi. de Venere Gnidia, Aedicula eius tota aperitur,
ut conspici possit undique effigies deæ. Sic Iuuenalis, Si
quis in ædicula Deus unicus. ἐν τῷ ἑδίῳ.

AD legem Iuliam de ambitu, Quia hic locus ita intelli-
gi mihi aliquando uisus est, quasi lex ambitus ex eo tem-
pore sublata fuerit, cum ad unius arbitrium omnia magi-
stratum munia redigi primum cœperunt, quasi iam nulla

De more pri-
sco creātorum
magistratum.

Candidati.

Nomenclato-
res.

Nomenclatu-
ra.

Curiata centu-
riataq; comi-
tia.

Prærogatiue
centurie.

comitia fuerint, quasiq; ambitus crimen in prætorio prin-
cipali committi non possit: quò res hæc tota penitus no-
scatur, sciendum est olim ita institutum fuisse Romæ, ut
diebus comitialibus, qui uel à consule uel alio magistratu,
cui tum comitia habendi ius erat, edicto promulgabantur:
populus cõueniret in campum Martium. Qui autem ma-
gistratum petebant, quos à toga candida, quod gestamen
erat petitorum, candidatos uocabant: cum ad comitia se
contulissent cum amicis, tribus circuirent, singulosq; pre-
hensantes, id est δεξιόμυθοι, gratiam & suffragia pre-
cibus temporariaq; obseruantia emererentur, unoquoque
popularium plebeiorumq; benignè appellato & nomi-
natim. Quam ad rem facilius transigendam nomenclato-
res inuenti sunt, qui nomina singulorum tenebant, can-
didatisq; suggerebant, ut quisque obuius erat. quanquam
id postea lege uetitum esse, autor est Plutarchus in Cato-
ne minore. Ηι δνοματολόγοι Græcè dicuntur. Vnde nomē-
clatura uocabulum deductū. δνοματολογία. Comitiam autē
quædam erant centuriata, quædam curiata. Centuriatis co-
mitijs populus per centurias ex censu & ætate diuisus,
suffragia ferebat: illæq; centurie prærogatiue dicebatur,
quæ sorte primū eductæ rogabatur. In curiatis autem po-
pulus promiscuè suffragia ferebat, tributim tamen distin-
ctus. De utrisq; in tertio de leg. Cicero, Descriptus enim
(inquit) populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet
suffragium consilij, quàm fusè in tribus conuocatus. Pro-
pterea centuriata comitia, magna comitia ipse uocare so-
let. meminit Gellius lib. xiiii. Comitiorū autē summam
lex xii. tab. statuit esse in populi arbitrio & potestate:
sed ea tamen uoluit magistratū aliquē moderari. Verba le-
gis hæc sunt, Creatio magistratum, iudicia populi, iussa,
uetita

uetita, cum sciscentur optimatibus nota, plebi libera sunt.
Cum populo patribusq; agēdi ius esto cõsuli, prætori, ma-
gistro populi, equitumq; eiq; quæ produnt patres consulū
rogandorum ergò: Tribunisq; quos sibi populus rogasset,
ius esto cum patribus agēdi. Magistrū populi Dictatorem
appellans: cui & magistro equitum & interregi ius esse
uoluit comitijs præesse. Cum populo agere, est rogare quid
populum, quod suffragio suo uel iubeat uel uetet: unde
rogatio pro lege dicta. autores Festus, Gellius & Macro-
bius. Agere cum patribus, est ad Senatū referre. Comitijs
autē centuriatis maiores fiebant magistratus, quorū erant
maiora auspicia, ut consules, prætores, censes minores
curiatis. autor Gellius lib. xii. Huius differentiæ men-
nit Cicero pro lege Agraria, qui etiam in secunda Phi-
lippica, Ecce (inquit) Dolobellæ comitiorum dies: sorti-
tio prærogatiue quiescit: renuntiatur, tacet: prima classis
uocatur: renuntiatur. deinde (ut assolet) suffragia, tum se-
cunda classis uocatur. quæ omnia citius facta sunt quàm
dixi. Classes à Seruio Tullio rege institutas autor est Li-
uius, pro modo census ciuium Romanorū (quare à Græcis
τιμήματα uocantur. Aristoteles, Πρώτων τμημα, δούτε-
ρον τρίτονq; dicit in Politicis.) ita ut prima classis primum
octoginta centuriarū fuerit: ex ijs cõstas qui in censu centū
m. æris aut eo amplius habebant, permixtim ex senioribus
& iunioribus: reliquæ ex minoribus deinceps sensibus usq;
ad quintam classem. idem Liuius, Hæc omnia (inquit) à
pauperibus in diuites inclinata onera: deinde est honos
additus. Non enim ut ab Romulo traditum cæteri serua-
uerant reges, uiritim suffragium eadem ui eodemq; iure
promiscuè omnibus datum est: sed gradus facti, ut neque
exclusus quisquam suffragio uideretur, & ius omne penes

primores ciuitatis esset. equites enim uocabantur primi; octoginta inde primæ classis centuriæ peditum uocabantur: ubi si uariaret (quod rarò incidebat) ut secundæ classis uocarentur: nec ferè unquam infra descenderent, ut ad infimas peruenirent. Hæc constitutione Centuriæ primæ classis erant prærogatiuæ, sed sorte non ducebantur. Hæc ratio postea immutata est multiplicato populo, ut idem ipse autor est. Prima classis semper prima rogabatur: sed prærogatiuæ centuriæ sortito ducebantur, ut ex Cicero- ne intelligitur loco supra citato. Ex eo instituto uerba apud Latinos ducta, In sua classe manere, id est κατά τάξιν μένειν, ἐμμένειν τῇ τάξει τῇ αὐτῆς, ἑρῆσαι τῇ τάξει, τῆς ἑαυτῆς μοίρας ἢ ἐξαναίτασθαι. Quintæ classis homines, id est, infimæ notæ. Cicero in Academicis, de Democrito loquens, Quis hunc philosophum non anteponat Cleãthi, Chrysippo, reliquisq; inferioris ætatis? qui mihi cum illo comparati, quintæ classis uidentur. Et in classes numerum aliquem & hominum multitudinem tribuere: id est κατάλογίζειν, ut in classes discipulorum Fabio. Inde prærogatiua uocabulum uariè usitatū. Cicero in Verre, Act. 1. His Metellus quàm isti sit amicus attendite. dedit enim prærogatiuam suæ uoluntatis eiusmodi, ut isti pro prærogatiua eam reddidisse uideatur. Iocus est Ciceronis à dilo- gia ductus, id est ab ambigua significatione prærogatiuæ. ac si diceret, Dedit enim præiudicium suum pro pretio à Verre dato ad redimenda prærogatiuarū tribuum suffra- gia, quibus consul Metellus erat factus. Sequitur enim, An me taciturū tantis de rebus existimauistis? Prærogati- ua in superiore loco pro præiudicio suffragiario poni- tur: at in posteriore est nomen adiectiuum: subintelligitur enim centuria. Interdū autem prærogatiua pro autoritate eius

Centuriæ præ- rogatiuæ.

Quintæ classis.

Prærogatiua.

eius ponitur qui prior censet, ut apud Lium in tertio, Ne prærogatiuam militarem urbana comitia sequerentur. Alibi, Quin prærogatiuam militarem, quæ extemplo iue- nis Annibal intra prætorium delatus erat: fauor plebis se- quebatur. Vnde tractum, ut prærogatiua eminetiam signi- ficet, & τὸ λεονέκτημα: ut in cap. Obseruare, De offic. pro- cons. Cice. in orat. de reditu suo ad Senatum, Quo die (in- quit) P. Lentulus nos comitijs centuriatis, quæ maximè maiores iusta dici haberiq; uoluerūt, accersuit in patriam, ut eadem Centuriæ quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. qua die quis ciuis fuit, qui non nefas esse putaret, quacunque aut ætate aut ualitudine esset, non de salute mea sententiam ferre? quando ulla dignitate tot rogatores, diribitores, custodesq; uidistis? Ex quibus uer- bis liquet obseruatores in comitijs adhiberi solitos, ne quid fraudis admitteretur & ambitus circumspectantes. Sæpe enim eueniebat ut tributim pecuniæ diuiderentur à can- didatis ad aucupanda suffragia egentium: quam ob cau- sam redemptores huiuscemodi operis perficiendi, quiq; pre- tio corrupenda plebis suffragia suscipiebāt, diuisores uo- cabantur. ut apud Tranquillum in Augusto, Octauius (in- quit) pater à principio ætatis & re & existimatione ma- gna fuit: ut equidem mirer hunc quoque à nonnullis argen- tarium, atq; etiam inter diuisores operasq; campestres pro- ditum. Inde illud Ciceronis in secundo de Orat. Etiam in- terpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum con- uertas quamobrem ita quis uocetur: ut ego nuper Num- mium diuisorem, ut Neoptoleum ad Troiam, sic illum in campo Martio nomen inuenisse. quibus uerbis significat Nummium ob diuisionem ministerium, quas in campo fa- ctitabat, diuisorem cognomento dictum. Et ad Atticum, 33 * Consul

Diuisores.

Cōsul autem ille deterioris histrionis similis, suscepisse negotium comitorum dicitur, & diuisores habere. Et paulo post, Noui est in lege hoc, ut qui nummos in tribus pronunciauerit, si non dederit, impunè sit: sin dederit, ut quoad uiuat singulis tribubus sest. cccxxv. debeat. Pronunciare in tribus nummos significat apertè polliceri in singulas tribus certam nummorum summam. Hos diuisores Plautus curiæ magistrōs uocat: quia curiæ etiam tribus appellabantur: unde comitia curiata dicta & leges curiatae, à centuriatis differentes, eo quòd suffragia curiatim non centuriatim ferebantur, ut in illis. Sunt qui diribitores à Cicerone dictos putent diuisores, in loco superius citato: quod mihi non uidetur. Idem Cicero pro Plancio, de lege ambitus loquens, Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta, seueritatem senatus, bonorum omnium uim ac dolorem excitauerunt. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe Laterensis: decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronunciaisse, diuisisse. Hætenus Cicero. Huiuscemodi diuisores interdum in creationibus pontificum & coenobiarcharum interueniunt. Huiusq; modi sodalium decuriationes fiunt: & per sequestres sacerdotiorum palam cautiones expediuntur. Mancipes & conductores res transigendas perficiendasq; suscipiunt. Cum interim cupiditas humana sacrosancti paracliti auspicijs dinundinationes factitans, inexpiabilibus commercijs conscelerare sanctissimos ritus nō uereatur ab antiquis institutos. Nec uerò aliam ob causam ut credibile est palladium ecclesiæ Frācicæ ut extorqueretur non pridem effectum est. Sic enim appellare placet inclytam illam, Frācicæq; peculiarem sanctionem, maiorum nostrorum uirtute atq; innocentia partam: quam unus aut alter fortasse ho-

Pronunciare
nummos.

Palladium

Francia.

stibus

stibus eius proditam, trans alpes deportantes, presentis calamitatis telam flagitiosissima cupiditate iam inde exorsisunt. Quis enim non praeuidebat, insigni aliqua clade nostram ambitionem? tametsi quæ subsecuta sunt in detexenda tela decennio continuo, eiusmodi sunt, ut insigne illud scelus maioribus deinceps, illiq; consentaneis cumulatam, ad extremum obrutum sit & sepultum grandi malorum Iliade. Cuius qui Paris fuit, si ut in lucem editus est, subinde elatus fuisset, cum nomine utique nunc Francico præclarius ageretur: nec principis multifaria ac copiosa naturæ munificentia præditi ac beati, conspectum & fructum, respública nunc orba destitutaq; desideraret. Qui alienæ ipse ambitionis, auaritiæ, crudelitatis, iandiu poenas pependit: pendetq; quandiu Prouidentiae complacitum fuerit: eam unam ob causam præcipue (quantum quidem ego sentio) quòd nō sibi, sed paucissimis, sed uni & alteri (& sic quoque nimis dico fortasse) maiestatem suam ut assereret, inuitus quidem ille, ut uidebam, sed tamen nescio quo fato (ut sunt humana) fecit: uir ad omnia summa natus, dignusq; qui suæ naturæ magis quam hiantibus paucissimorum cupiditatibus indulgeret. Verum ut in præteritum beneficentissimi principis casui lacrymas luctumq; uiri boni: sic in futurum preces uotaq; debere mihi uidentur. Ius enim utroque uersus integrum est Prouidentiae, si preces obsecrantis populi ualuerint: qui suo apte ingenio caput ac fortunas deuouere solitus est pro salute principis: & quod hætenus malè & incommodè, dira nonnullorum cupiditate importunaq; cecidit, diuinæ prouidentiae benignitate non modò in integrum restituitur, sed etiam ita uertat, ut sic quoque bene & commodè cessisse regia ipsa

Διτίθηται τὸ
τοῦ βασιλέως
αἰχμαλωσία.

gg

5

præd

prædicet, & regnum gratuletur. Vt ad rem redeamus: olim comitia ita in populi potestate fuerunt, ut tamen senatus autor in futurum exitum campi fieret. Livi libro primo, Patres (inquit) offerendum ultrò rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt summa potestate populo permissa, ut non plus darent iuris quam retinerent. decreverunt enim ut cum populus regem iussisset: id sacrum esset, si patres autores fierent. Hodieque priusquam populus suffragium ineat: in incertum comitiorum eventum patres autores fiunt. Quod tamen Ciceronis verba desisse fieri significare videntur, in oratione pro Plancio, Nunc (inquit) tantum disputo de iure populi, qui potest & solet nonnunquam dignos præterire: nec si à populo præteritus est, quem non oportuit: à iudicibus condemnandus est, qui præteritus non est. Nam si ita esset (quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt) ut reprehensores essent comitiorum: id haberent iudices quod multò minus esset ferendum: tum enim magistratum non gerebat is qui ceperat, si patres autores non essent facti. Hic comitiorum Romanorum status fuit usque ad

Tempus Cesaris Dictatoris.

Cesarem Dictatorem: quæ comitia frequentabantur in campo Martio, ut Athenis in eo loco, qui πρυτανεία dicebatur, arci proximus: ubi ἀρχαιτεία fiebant creandis magistratibus. Is Cesar cum rempublicam oppressisset, comitia cum populo partitus est, ut autor est Suetonius, ita ut exceptis consulatus competitoribus de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia quos populus uellet pronunciarentur: pro parte altera, quos ipse dedisset. & edebat per libellos circum tribus missos scriptura breui: Cesar Dictator illi tribui: Commendo uobis illum & illum: ut uestro suffragio suam dignitatem teneant. Cesari successit Augustus:

Augustus: qui legem ambitus ab integro sanxit, ut etiam legem Iuliam de adulterijs. De quo idem autor, Comitiorum quoque pristinum morem reduxit: ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis, die comitiorum, ne quid à quoquam candidato desiderarent singula milia nummum à se diuidebat. Et in Vespasiano, de eius auaritia loquens, Ne candidatis quidem honores reis ue tam innoxijs, quam nocentibus absolutiones uenditare cunctatus est. Candidati autem Cesaris dicebantur, quos princeps populo commendabat. Idem in Augusto, Quoties magistratum comitijs interesset, tribus cum candidatis suis circuibat, supplicabatque more solenni: ferebat & ipse suffragium in tribus, ut unus è populo. Quintilianus lib. vi. de risu loquens, Iungitur amphibologiæ similitudo: ut à Galba, qui pilam negligenter petenti, Sic (inquit) petis tanquam Cesaris candidatus. Nam illud petis ambiguum est: securitas similis. cuius ioci sensus est, Tu pilam petis in lusu tam neglectim, quam solent honores petere Cesaris candidati: quibus non magno opere supplicare necesse est ob principis commendationem. Hodie candidati principis in creatione pontificum ij sunt, quibus princeps literis suis & nuntijs fauet, interdum ultra modum. Verba igitur Modestini hoc in loco ita intelligo, non ut ambitus legem Romæ abrogatam esse dicat, sed ambitus iudicium exerceri desisse: quia populus honores mandare desierat sub principibus iam tyrannis, aut ad regum similitudinem omnia arbitrato suo administrantibus, omnibus propemodum uestigijs antiquæ Reipublicæ sublatis. Sic Iuuenalis de Pop. Rom. —nam qui dabat olim Imperium, fasces, legiones, omnia: nunc se Continet, atque duas tantum res anxius optat, Pannum & Circenses. de temp

tempore Domitiani loquens. De quo loquens Fabius lib. v. i. ita inquit in mentione orationis pro Muræna, Hoc genus (inquit) nostris temporibus totum penè sublatum est: cum omnia tutelæ curæq; unius innixa periclitari nullo iudicij exitu possint. quibus uerbis assentabundè hoc significat, id quod Cicero præcipuè persuadere conabatur, è Republica esse, ut consules designati consulatum inirent (erat enim Muræna consul designatus) alioqui periculum imminere Reipublicæ. Id inquit Quintilianus nunc accidere non potest: ut periculum scilicet Reipublicæ imminere dicat patronus, si consul antequam ineat magistratum damnetur: cum Respublica orba esse non possit sub Domitiano principe, à quo uno commodè regebatur, ut ipse dicebat, etiam ut consules nulli essent. Modestinus circa principatum Alexandri scripsit: Qui (ut inquit Lamprius) honorem ius gladij habentè nunquam uendi passus est: hoc dictitans, Neesse est ut qui emit, etiam uendat. Erubescerè, inquit, cum punire, qui emit & uendit. Pontificatus autè quindecimuiratus auguratusq; codicillares fecit, ita ut in senatu allegerentur. Codicillares, inquit, fecit: hoc est muneris sui fecit. diplomatibus enim datis sacerdotia conferebat: quæ Accursius seculares potestates fuisse dicit, ignorans uiq; tēpora Iuriscōsultorū nō agnuisse ueram & rectam pietatis opinionem, aut sacerdotia etiam Romæ fuisse ante peruulgatam Christi religionem. Ambitus à senatu aliquando comprobati, ut bonis moribus conuenientis, exemplum est apud Suetonium in Cæsare, E' duobus (inquit) consulatus competitoribus, L. Luceio, Marcoq; Bibulo, Luccium Cæsar sibi iunxit: pactus ut is, quoniam inferior gratia esset, pecuniâq; polleteret, nummos de suo communi nomīne pronuntiaret. Qua

Exemplū memorabile.

cog

cognita re optimates, quos metus ceperat, nihil non ausurum cum in summo magistratu concordī & consentiente collega, autores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è Republica fieri. Igitur cum Bibulo consul creatus est. Ambitio φιλαρχία, πωδλαρχία, φιλοτιμία dicitur. Ambitus uerò ὄχλων δλεασμός. Ambire πωδλαρχεῖν, παραγγέλλειν, μνάσθαι, ἀρχαιεσιάζειν, δεξιᾶσθαι. συναρχόρσειάζοντες dicuntur, qui candidatos, id est, τὰς παραγγέλλοντας τὰς ἀρχὰς comitantur αὐτοὶ συνεκπρίοντες.

I N cap. Ab accusatione, Ad senatusconf. Turpilianum: Nuntiatores qui per notoria iudicia produnt, notorijs suis assistere iubentur. Accursius iudicia legit, & accusationes iudiciales interpretatur: nuncq; assistere, nunc assistere legit, astipulante Bartolo. Ego indicia, id est μυνύματα lego: hoc est qui delationes per indicia faciunt. Notoria sunt quorum fit mentio in lege, Ea quidem, Cod. de accusationibus, qua in lege ego locum corruptū esse cēseo: ubi enim legitur, Verum si falsis nec notorijs insimulatus, id est accusatus sit: perpenso iudicio dispici debet. ego ita legendum puto, Verum falsis nec ne notorijs insimulatus sit, perpenso. & reliqua. nam illud, id est accusatus, spurium est, ex margine additū. Sensus est autem hoc in loco, Nuntiatores qui reos deferunt per notoria, licet citra calumniæ metum accusent, debere tamē assistere suis indicijs, eaq; tueri notoria quæ attulerunt, interim dum quæstio de crimine habetur. Notoria autem testificationum genus esse intelligo. Indicium autem prodere, est rem arcanam in medium asferre: sed aliunde compertam, non autem ex criminis conscientia: licet proprie indices sint criminis consortes

Notoria.

Indicium prodere.

sortes, ut superius diximus. Hoc genus *μηνυτῶν*, id est indicum, hic intelligi puto, qui à Græcis *προσαγγελεῖς* dicuntur, & *προσαγγεῖς* & *ὠτακταί*: hoc est emissarij & auscultatores: tyrānorum olim inuentum. de quibus Plutarchus in lib. *τῶν πραγμοσύνης* ita inquit, Atqui tyrannos quibus omnia nosse necesse est, id genus hominū odiosissimos facit, quos aures & emissarios uocāt. *τὸ τῶν λεγομένων ὠτῶν ἢ προσαγγεῶν γένος*. Auscultatores, id est *ὠτακταί* primus habuit Darius iunior rebus suis diffidens, omniaq; suspectās & metuēs. At emissarios Dionysij tyrāni Syracusijs permixtos habuerunt. Verū Plutarchus tyrannicū ministeriū notauit. Papinianus de legitimo ciuiliq; munere, ac bonis moribus tuendis accommodato locutus est. Quod genus (ut opinor) arcanis sceleribus inquirendis & efferendis institutum erat, ut crimina publicè innotescerent. Nuntiare uerbum in huiuscemodi rebus accommodatū est antiquorum usu: unde nuntiatio augurū erat & obnuntiatio, quæ fiebat ad comitia dirimenda inauspicato coacta. cuius uerbi strictim alio loco memini.

Nuntiare. IN tract. De quæstio. In criminibus seruandis quæstio adhiberi solet. Legendum scrutandis: licet aliter legat Accursius. Scrutari crimina, est argumenta sceleris inquirere & uestigare. Cicero de ijs loquens in Partitionibus, Immo uerò argumenta scrutabimur, & quæremus ex omnibus locis: sed adhibebimus iudicium. Asinius Pollio ad Ciceronē, In saltu Castulonensi dispositi ab utraq; parte scrutantur tabellarios & retinent. id est in anacrisi faciendā: de qua superius diximus, quæstio adhiberi solet. Et paulò inferius, Cum alijs argumentis reus ita probationi amouetur, ut sola seruorum confessio deesse uideatur. Ita legit Accursius, & absurdissimè interpretatur. Ipse uerò admouetur
legen

legendum non dubiè cenſeo. Est enim admouere probationi, ita compellere reum argumentis, ut penè conuictus uideatur. Admouere est proximè adiungere: & admotum dicitur, quod contingit id cui applicatur. *παρὰβαλλόμενον*. Cicero, Ad neruorum eliciendos sonos apta manus est admotione digitorum.

IN tract. De pœnis, cap. ij. Quoniam hic fit mentio aque & ignis interdictionis, adnotanda hic Festi uerba esse duximus. Aqua (inquit) dicitur à qua iuuamur. Aqua & igni autem & igni tam interdici solet damnatis, quàm accipiunt *interdicere.* nouæ nuptæ: uidelicet quia hæ duæ res humanam uitam maximè continent. Itaque funus profecuti ignem supergrediebantur aqua aspersi: quod purgationis genus appellabant suffitionem. Lactantius libr. i. i. Instit. diui. de aqua & igni loquens, tanquam duobus principijs: Alterum enim (inquit) quasi masculinum elementum est, alterum quasi foemininum: alterum actiuum, alterum patibile. Ideoq; à ueteribus institutum est, ut sacramento ignis & aquæ nuptiarum foedera sanciantur: quòd foetus animantium calore & humore corporentur, atque aimentur ad uitam. Quum enim constet omne animal ex anima & corpore: materia corporis in humore est, animæ in calore. Quod ex auium foetibus datur sciri: quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor fouerit: nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoq; aqua & igni interdici solebat: adhuc enim uidebatur nefas, quamuis malos tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur earum rerum usu quibus uita constat hominum, perinde habebatur, ac si esset qui eam sententiā acceperat morte multatus: adeò ista elemēta prima sunt habita, ut nec ortum hominis, nec sine his uitam crediderint posse constare. Horū alterum
nobis

nobis commune est cum cæteris animantibus: alterum soli homini datum. nos enim quoniam cœleste atque immortale animal sumus, igne utimur: qui nobis in argumentum immortalitatis datus est: quoniam ignis è cœlo est. cuius natura quoniam mobilis est, & sursum nititur, uite continet rationem. Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices, Qui erant rerum capitalium damnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quo uertendi, hoc est mutandi soli causa uenerant. id autem ut esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant. Id autem mihi sumptum uideatur à Romanis ex lege Atheniensium, cuius Demosthenes meminit ἐν τῷ πρὸς Δεπίπυρον, his uerbis: In legibus (inquit) quæ de cædibus latæ sunt, Draco, quò terribile atque atrox quàm maximè uideretur, hominem alterum alterius interemptorem esse, statuit ipse hominem homicidam aqua ablutoria, libationibus, crateribus, sacris & foro arceri. χερνίβωρ εἶργεσθαι τὸν ἀνδρὸς φόνορ, πονδῶρ, κρατήρωρ, ἰερωρ, ἀγορᾶς. Herodotus in octauo, de trecentis loquens, qui cum Leonida occubuerant contra Persas pugnantes, uno excepto Aristodemo, qui pugnae se subduxerat: Quum autem (inquit ille) Aristodemos Lacedæmona rediisset: probris est affectus atq; ignominia huiusmodi. nullus enim ei Spartanorum ignem accendebat: nullus colloquium communicabat. οὐτέ οἱ πῦρ ἔδδεις ἐναυε σααρτιντέωρ, οὐτε δὲ λέγετο. Ad hunc morè autem referri, aut alludere aliquantum uidetur illud uaticinium Threnorum, cap. v. cum uoce plebeia lamentabundus, Aquam (inquit) nostram pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus. aquam enim & ignem defuisse conqueritur tanquam ad uitam maximè necessaria. Quod contra sacerdotes dictum esse uideatur.

tur: quos in æde sacra nundinas exercere nō pudet, igneaq; spiritus sacramenta uenditare: cūm egēteis & siticulosos ad aquas non admittant, nisi eas liceantur. Cæsar in comment. v. 1. lib. Gal. de Druidis loquens, ita scribit, Si quis aut priuatus, aut publicus eorum decreto non stetit: sacrificijs interdicunt. hæc pœna apud eos est grauissima. quibus est interdictum, ij numero impiorum ac sceleratorum habentur: ijs omnes decedunt, aditum sermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque ijs petentibus ius redditur, neq; locus ullus communicatur. His omnes decedunt, Græco more dixit: τούτους ἐκτρέπονται πάντες οἱ ἀπαυτώντες. Hi apud Hebræos apofsynagogi dicebantur: quasi synagoga exacti & extorres: quod ut opinor ab ignis interdictione, torrisq; communionem ductum est uocabulum potius, quàm à terra, etiam si exul à solo est. Linius, Extorrem urbe, domo, penatibus, foro, congressu equalium. hos nunc excommunicatos uocamus: quibus scilicet humanitatis iura uicissitudinemq; officiorum uetamur exhibere. At quos maiore execratione mulctandos ecclesiastica auctoritas censuit: anathemata appellant, ex eo quòd in cippis exposita est eorum detestatio & proscripta. Antiqui sacros homines sic uocitabant, quasi execrandos, & detestandos. unde sacra fames Vergilio: & sacer atque intestabilis Horatio è xii. tabulis sumptum uocabulum: quod more Gallorum Seruius translaticium esse ait. Nam cūm Massilienses peste laborarent, unus se ex egentibus offerre solebat annum integrum alendum publicis cibis & purioribus. Postea uerbenis uestibusq; sacris ornatus circūducebatur per urbem cum execrationibus: precabantur enim ut in eum omnia mala ciuitatis incumberent & inciderēt: sicque proieciatur. Plaut. in Bacchid. Mēn' criminatus est?

h h optimè

Aposynago-
gi.
Extorris.

Anathema
sacer homo.

optimè est: ego sum malus: ego sum sacer, scelestus. Macrobius lib. L I I. Saturnalium, Hoc loco (inquit) non alienum uidetur de conditione eorum hominum referre, quos leges dijs sacros esse iubent: quia non ignoro quibusdam mirum uideri, quòd cum cætera sacra uiolari nefas sit, hominem sacrū ius fuerit occidi. cuius rei causa hæc est: veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebatur, sed abigebant ad fines deorum quibus sacrum esset: animas uerò sacratorum hominum dijs debitas esse existimabant. Festus, Sacer homo est quem populus iudicauit ob malefium. Neque fas est immolari: sed qui occidit, parricidij non dānatur. nam lege Tribunitia prima cauetur: Si quis eum qui plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. ex quo quiuis homo malus atq; improbus sacer appellari solet. Inde sacratæ leges dictæ, ut ipse alibi auctor est: quibus sanctum iubetur esse alicui deorum quicquid aduersum eas fecerit, sicut familia pecunia que. Et sacrosanctum dicitur quod iureiurando interposito est institutum: si quis id uiolasset, morte pœnas penderet. Inde sacrare uerbum L. uio, pro deuouere & detestabile decernere: & ita morti addicere, ut impune occidi & uiolari possit. Lex de prouocatione (inquit) aduersus magistratus ad populū lata: sacrandoq; cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia iniisset. Huc pertinet quod de sacrosancto uocabulo in superioribus dictū est. Sacros homines, id est detestandos & execrabiles, Græci multis nominibus appellant: ἐναγῆς, ἐξαγῆς, μιαρῆς, ἐπαράτης, φαρμακῆς, καθάρματα. Aristophanes in Pluto, γρύζειν ἢ καὶ τολμάτορ ὦ καθάρματα, ἐπ' αὐτοφώρῳ δεινὰ δργῶντ' εἰλημένω. Erant enim Catharmata, homines, qui peste expianda alio uel quo morbo immolabantur dijs: qui ritus expiationis (inquit)

sacratæ leges.

sacrare caput cum bonis.

interp

interpres) à Romanis usurpabatur. Hoc uerbo Demosthenes contra Median utitur & contra Aeschinem. Sic Comici scelus pro scelesto dicunt, atque etiam Cicero Herodotus in Polymnia catharmon masculino genere dixit, sic appellans hominem piacularem, hoc est τὸν ἀπερριμμένον ἢ ἐκβλητορ. quem sacrum esse diximus, & pro patriæ lustratione expiationeq; deuotum. καθάρμορ τῆς χώρας ποιευμένων ἀχαιῶν Ἀθάμαντα τὸν Αἰόλα. Dicebantur & φαρμακοί, οἱ ἐπὶ καθάρσει τῆς πόλεως ἀπερριμμένοι, δημοσίᾳ φερόμενοι, ἢ καθαίροντες τὰς πόλεις τὰς ἐσωτῶν. quorum uerborum interpretatio est ea quam supra ex Seruio scripsimus. Autores Suidas & Eustathius: qui etiam urbium expiatores hoc nomine uocatos esse tradit. Sacer hac ratione dici posset emissarius ille caper apud Hebræos, cuius fit mentio Leuitici cap. decimo sexto. Diuus Paulus cap. quarto primæ ad Corinthios, ὡς τὸ καθάρματα τῆς κόσμος ἐγενήθημεν, πάντων τὸ κρίμα ἕως ἔτι. hoc uocabulo usus est eleganter: qui locus non intellectus est ab ijs interpretibus Græcè nescientibus, qui scholia scripserunt, quæ in uulgatam & receptam editionem leguntur. Tanquã purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema usq; adhuc. fortasse inculpatius fuisset catharmata dicere, ut peripsema dixit. nam ut catharma purgationem significat ad uerbum & piamentum: sic peripsema scobem & ramentum, & quicquid li-

Peripsema.

hh 2 mo

morem redimitos ex loco præcipiti in mare deijciebant, Neptuno immolantes, interq; deijciendum solennia uerba effari solebant, *ἠὲρ ἡμῶν γερῆ* sis pro nobis peripsema: ac si dixissent, *Sis pro nobis piaculum: esto luitio nostra, & seruatrice urbis uictima.* id quod Suidas adnotauit. Sententia igitur Pauli est hæc, Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidaneæ pro populo uictimæ: ac si diceret, non minus apud gentium uulgus detestabile, quàm illi qui diris execrationibus onerati atq; obruti, pro salute publica abijci olim solebant. Quæ sententia congruit ijs quæ præcedunt. Peripsema enim etiã ramenta uestigiorum significat, quæ ut sordida abijciuntur. Mallem igitur Græcis uerbis uti utrobique hoc modo. Tanquam catharmata mundi facti sumus & peripsema ad hunc diem, licet Curtius Latina uoce purgamentum dixerit lib. VII. Ages quidam Argiuis pessimorum carminum post Chærilum conditor, & ex Sicilia Cleo, & cætera urbium suarum purgamenta. Et libro nono, Prohibere igitur exules finibus, omnia potius toleraturi, quàm purgamenta quondam urbis suæ, tunc etiam exilij, admitterent. Hæc & alia huiusmodi scribens, ijs legibus me soluo, quas autoritate fermè dictatoria in nos sanciant homines feliciter literis initiati: qui cum ipsi uerborum Græcorum usu quasi nomismatis in Latio abrogati atque illocabilis, scribentibus interdixerunt, Romanæ eloquentiæ uindices esse sibi uidentur, scribendiq; disciplinæ constitutores imperitorum licentia contemperate. Horum unus nuper, non quis ille quidem, sed musarum Græcarumq; Latinarumq; alumnus, gratiarū etiã credo afflatu suauisq; beatus, tum elegantiam redolens germanam atq; Ciceronianā: Germanos Gallosq; eam ob noxā obiter ignominia aspersit, quod

Græca

Græca Latinis permiscerent: nec eò contentus, etiam licentiam nimiam scribendi, grauitate censoria, quasiq; pro potestate castigasse dicitur: ille uerò ad Ciceronianam præscriptam, suaq; Ciceronianis non cedentia, docilem etatem naturamq; reuocasse. Quem etsi uirum ipsum magnum aliorum iudicio esse puto, suo etiam ipsius atque meo multo omnium nostræ memoriæ maximum esse non inuitus fateor, & libenter agnosco: tamen audebo bona hominis uenia (ut spero) respondere, Cicronem epistolas suas permultas, easque elaboratas Græcis uerbis sententijs que distinxisset: in libris etiam oratorijs atque philosophicis, in quibus linguam Latinam locupletare præcipue concupiuit, post uocabula Latina Græca quoq; ipsa substituere solitū: nimirum ne non satis à lectoribus perciperetur, quod intelligi uolebat, simul ut uerè & rectè Græca Latinis se reddidisse fidem faceret. Equidem quod ad me pertinet, nihil nec commodius nec expeditius esse censeo, ijs quidem quibus eius admissi conscientia incesit & religio: quàm tanto uiro monenti æquo animo auscultare, quem ego Ciceronis similem esse in quibusdā audio: in eo etiam simillimū, quod nihil libentius facit, quàm ut in laudibus suis longè lateq; quasiq; suo iure expatietur. audire id tantū à me obsecro, si id ad me priuatim attinet, lectores non grauentur: in ijs quæ antea ipse scripsi, præsertim in libris quinq; de Asse, in animum me inducere non potuisse cum scriberem, eorū quæ à Græcis mutuabar auctoritatem Latinis fidemq; me probaturum, nisi uerba quoque ipsa unà laudarem cum autoribus. Multorum enim culpa factum esse sciebam, qui Græca sermone Latino confidentius scriptitant, ut translationum fides magnopere auctoritasq; nūc labefactata sit. Nuper autoris Græci prisca in primis auctoritate pol-

hh 3 lentis

lentis libri satis multi uersi sunt. Horum unum nuper cum alijs eiusdem (ut opinor) fidei editum admonitus ab homine utraq; lingua erudito, cum legissem, admiratus sum interpretis ignorantiam ne dicam an potius securitatem nimiam, qui huic ætati, huic iuuenum studio & contentioni fucum uerborum fiducia, imposturamq; facere diutius se sperauit: id quod ipsum reprehensorem nostrum animaduertere etiam atque etiam operæ erit pretium, quatenus ad ipsum ad meq; pertineat. Quasi uerò id tantum in huiuscemodi scriptis referat, quam Latine loquamur & quam honestè: non etiam quam uerè, quam consentaneè, quamq; ex auctoris ipsius qui uertitur sententia. Sed iam nimis multa de re quæ silentio refutari non incommodissime poterat: id modò non ignoraretur, prudentes nos scientesq; silentio transmisisse: quod tamen ad futura contestatum esse haberiq; uolumus.

Ludus uenatorius.

IN eodem, De poenis, cap. Aut damnatum. §. Quicumque. In hoc enim distant à cæteris, quòd instituuntur uenatores aut puricarij aut aliam quam uoluntatem, gesticulandi uel aliter se mouendi gratia. Legendum puricarij uel pyrhi-charij: aut in aliam quam uoluptatem. Venatores autè serui instituebantur, id est docebantur, non ad feras per saltus indagandas, ut Accursius existimauit: sed ad uoluptatè populi, ut in oculis eius feras in arena conficerent: ut enim ludus erat gladiatorius, id est schola in qua ad gladiaturam instituebantur: sic uenatorius ludus in quo ad uenationem bestiarij exercebantur. Tranquillus in Claud. Circenses frequenter commisit in Vaticano, nonnunquam interiecta per quinos missus uenatione. Idem in Domiti. Spectacula magnifica assidue & sumptuosa edidit. nam uenationes gladiatoresq; & noctibus ad lychnos: nec uirorum modò

modò pugnas, sed & sceminarum. Cicero in 11. Officiorum, Prodigii sunt qui epulis & uiscerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum uenationumq; apparatus pecunias profundunt. In ludum igitur uenatorium damnare reos, est in exercitationem feras in theatro conficiendi damnatos addicere. Scholam enim omnem Romani ludum appellauere, ut inquit Pædianus, Quin & ludi appellatione gladiaturam intelligimus. Fabius in VI II. de Noëmate loquens, Hoc nomine (inquit) donarunt ea quæ non dicunt, uerùm intelligi uolunt. ut in eum quem sæpius à ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis, quòd ei pollicem dormienti recidisset: Eras dignus ut haberes integram manum. sic enim auditur, ut depugnare. A ludo redimere Quintilianus pro à lanista emere dixit, ne ultra gladiator esset. Qui autem inuiti sic instituebantur in uenatione, ad bestias damnati dicebantur: quæ poena longè ^{ad bestias dā-} mitior est quam bestijs obiectorum: qui protinus lani- ^{nari, & bestijs} bantur à feris. Hos bestijs subiectos Iurisconsulti uocant: ^{obijci, & be-} ut in cap. Poena. supra, Ad legem Pompeiam, & in l. Eius- ^{stij subijci.} dem, in fine, supra Ad legem Cornel. de sicarijs. Hanc differentiam si diligenter animaduertamus, in Pandectis sæpe est inuenire: ut in cap. Qui ultimo. & in cap. Ad bestias, infra hoc eodem tractatu. Cicero pro Roscio Amerino, de poena parricidij loquens, Noluerunt maiores corpus feris obijcere: ne bestijs quoque quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uterentur. Spartianus in Caracal. Si quando feris obiectos uidit, fleuit, aut oculos auertit: quod ^{Frisbie oeffi.} populo perquam amabile fuit. Tacitus libro decimo septimo, Captus in eo prælio Maricus, ac mox feris obiectus, quia non laniabatur, stolidum uulgus inuiolabilem credebat, donec spectante Vitellio interfectus est. Principes autè

h h a uiolent

uolentiores, liberos homines & insontes ui interdum cogebant cum bestijs pugnare: interdum homines nobiles, pretio ad id allicientes, aut alio premio. Tranquillus in Nerone, Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos senatores, sexcentosq; equites Romanos, & quosdam fortunæ atq; existimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectoresq; ferarum, & uaria arenæ ministeria. indeq; illud Satyricum in v 1 1 1.

- quanti sua funera uendant

Quid refert? uendant nullo cogente Nerone.

Hi sunt qui notantur infamia in cap. 1 1. circa finem. supra De ijs qui notantur infamia. Illam differentiam damnatorum ad bestias & feris obijciendorum, Accursium non intellexisse, ex glossmate eius liquet, in cap. Qui ultimo, inferius: & in cap. Ad bestias. cuius capitis est hic sensus, Eos qui ad bestias damnati sunt, præsidem pœnæ eximere ad clamorem plebis non debere. si tamen eos uideat eo corporis animiq; robore præditos, ut inter athletas prodire possint, aut in aliud spectaculum honestius, debere eum ad principem referre, ut eius arbitrato aliud quid

Pyrrhicharij. de ijs statuatur. Enimuero pyrrhicharij, siue purricarij antiquo more legere placet, à Græcis πυρρῆχισαί dicebantur μεθ' ὀπλων scilicet ὀρχούμενοι à pyrrhicha sic dicti: quæ saltatio erat armata, ob id enoplios dicta. Pollux lib. 1111.

ad Commodum Imperatorem, Genera (inquit) saltationum, Emmelia, quæ tragicorum est: Cordax, quæ comicorum: Cicinnis, quæ Satyrorum. Enopliæ autem, id est, armatæ saltationes duæ: Pyrrhica & Telesias, cognomines pyrrhichi & telesij iudicium theatriæ saltationis. Plato in v 1 1. de legibus, Duo (inquit) saltationum honestarum genera instituit is qui inuētor saltationis fuit. Alterum bellicum,

Enopliæ saltationes, id est, armatæ.

bellicum, alterum pacatum: illud pyrrhichen, hoc emmeliam nuncupans: utrunque nomine decoro atque accommodato. Emmelia autem à concinna ac decenti motione corporis appellata est. Emmeles enim à Græcis dicitur quod ad melos mouetur, quod (ut inquit Fabius) in pri. ad fle- ^{Atelos.} xus uocis pertinet & canorem: ut rhythmos ad uerborum collocationem spectat, id est ad modulationem. Hæc genera idē Plato πωδῶνα, id est studiosa seriaq; uocat & commendabilia. Serij autem (inquit) generis ea species quæ corpus bene constitutum, animamq; uirilem & strenuam uolentis laboribus implicat, bellica recte uocetur. qua uerò secundis in rebus uoluptatibusq; temperatis utitur anima moderatione prædita, eam pacatam si dixeris, consentaneo naturæ nomine appellaueris. Quam autem ea institutio exercitatioq; utilitatem afferret, ex eodem Platone intelligere possumus, quo in loco ita inquit, Pyrrhica est, quæ mo- ^{Pyrrhichica.} tiones corporis imitatur, ictus iactusq; declinantis & uitabundi, omnifariamq; cedentis, in altum etiam subsilientis, & sese succiduo poplite demittentis, rursusq; contrarios his motus pyrrhicha imitatur: eos scilicet qui in habitus corporis actuosos feruntur: quales eius sunt, qui sagittarum missiliumq; iaculationes effingere motu corporis, plagarumq; & petitionū multiplicium inuicta assequi implereq; contendit. Plinius tamen in septimo uidetur pyrrhichen ab enoplia distinguere his uerbis, Saltationem armatā Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus. Tranquillus, Pyrrhichā saltauerunt Asiæ Bithyniæq; principū liberi. Athenis solennem fuisse eam saltationem, ex Lysia apologia liquet his uerbis, Καὶ παναθλιωαίους τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν πυρρῆχισαίς ἀγενέοις: καὶ ἀνῆλωσα ἐπὶ τὰ μνάς. Intelligimus igitur principes Romanos reos damnatos deligere ad hu-

h h s iuscemodi

iuscemodi theatricum oblectamentum. quibus tanquam
 mancipijs utebantur publicè. Vnde Spartianus de Ha-
 driano, Fabulas omnis generis more antiquo dedit in thea-
 tro, in circo multas feras & sæpe centum leones interfecit;
 militares pyrrhichas populo frequenter exhibuit. Verbis
 autem hisce Vlpiani, aut in aliam quam uoluptatem gesti-
 culandi, & reliqua. significatur, quòd ut gladiatores in
Orchestodida - ludo sub lanista: sic isti serui sub *orchestodida* scalo, id est
scalos. saltatorum magistro, uel pyrrhicham, uel comicam, uel
 satyricam saltationem, uel chironomiam docebantur. De
 theatricis autem artificibus nos multa in superiore editio-
 ne diximus. Cæterum quod hic legitur, In hoc enim tan-
 tum distant à cæteris, quòd instituuntur. legendum cen-
 seo, Hoc enim tantum distant à cæteris qui instituuntur.
 Hoc sensu, ut pyrrhicharij & uenatores, quidam sint libe-
 ri, quidam serui, & ea demum sit inter eos differentia. sin
 quod rectè legitur, hic sensus erit, Eos qui in uenationis
 exercitationem, & saltationis pyrrhichariæ damnati sunt:
 non ideò minus esse seruos pœnæ, quàm alios damna-
 tos, etiam si liberorum more docentur eas artes, & ad
 eas instituuntur.

Pragmatici. IN cap. Moris. §. Solet. Solet autem ita uel uiris studio-
 sis interdici, uel aduocatis, uel tabellionibus, siue pragma-
 tici. Lego iuris studiosis, id est iuri studentibus. Pragma-
 tici non sunt, qui pragmaticas sanctiones scribunt, ut Ae-
 cursius scribit: sed sunt iuris interpretes, ut ait Quintilia-
 nus libro I I I. qui etiam libro X I I. probare uolens ne-
 cessariam esse oratori iuris ciuilibus scientiam, Quid si for-
 tè (inquit) peritus ille iuris non aderit: neque ego sum no-
 stri mori ignarus, oblitus ue eorum, qui uelut ad arculas
 sedent, & tela agentibus subministrant: neque idem quoq;
 Græcos

Græcos nescio factitasse, unde nomen ijs pragmaticorum
 datum est. Pragmatici igitur erant homines quidam foren-
 sis professionis, qui causarum actores interdum iuris igna-
 ros monebant, iuris responsa formulasq; actionum sum-
 ministrantes, quasi admonitores postici dicendorumq;
 suggestores, quum ad iuris disceptationem uentum erat. Ci-
 cero lib. I. de Orat. Itaq; non ut apud Græcos, infimi homi-
 nes mercede dula adducti ministros se præbent in iudicijs ora-
 toribus, ij qui apud illos pragmatici uocantur: sic in nostra
 ciuitate. & reliqua. Inde illud Satyr. in V I I.

-Si contigit aureus unus:

Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum.

Olim igitur pragmaticis forum Rom. non utebatur: postea
 uti coepit, ut ex Satyrici dicto & Vlpiani loco ostenditur.
 Pragmaticus ad uerbum negotialis dicitur à Quintiliano.
 Apud Dionysium Alicarnasseum differt à theoretico. Cæ-
 terum qui cognitores olim appellabantur, non alij prope-
 modum erant, quàm qui nunc procuratores iudiciales di-
 cuntur. Cicero in Diuinatione, Me defensorem calamita-
 tum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iu-
 ris sui, me actorem causæ suæ esse uoluerunt. Et in tert. in
 Ver. Cum esset Sthenius ciuitatis suæ nobilissimus, amplissi-
 ma cognatione, plurimis amicitijs, inuenire neminem Si-
 culum potuit, qui pro se cognitor fieret? Et rursus, Cedo
 cui Siculo cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor un-
 quam factus sit? Aconius in Diuinationem, Qui defendit
 (inquit) alterum in iudicio: aut patronus dicitur, si orator
 est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam
 commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit:
 aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur ut
 suam. Ergo cognitorem Cicero appellauit familiarissi-
 mum

Cognitores.

Patronus.

Aduocatus.

Procurator.

Cognitor.

num defensorem. Haftenus ille. Ex cuius uerbis apparet alium esse patronum, & alium aduocatum. Terentius in Eunucho, Ostium obsera intus dum ego hinc transcurro ad forum: uolo ego adesse hic aduocatos in turba hac. Hermolaus Iurisconsultus, Falsi poena coercentur, qui ad litem instruendam aduocatione, testibus, pecuniam acceperunt. Et Martianus, Poena legis irrogatur ei, qui ob instruendam aduocationem testimonia ue falsa pecuniam accepit. Lilius, Virginius sordidatus filiam secum obsoleta ueste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti aduocatione in forum adducit. Cicero pro Sylla, Sed si tuus parens etiam in illa suspitione periculi sui, tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbißimi sella curuli atque ornamentis suis & consularibus honestauit: quid est quamobrem consulares qui Catilinae affuerunt, reprehendantur? In omnibus his exemplis aduocatio non pro coetu patronorum atque causidicorum, sed amicorum potius coactorum ad opem fauoremque praestanda. Inde aduocare uerbum, est ad consilium optulationemque causae praestandam amicos accersere. quippe hominum uel consultorum, uel autoritate opibusque polentium comitatus & studium, uel reum uel actorem fauorabiliorem facit: interdumque reum noxae eximit: interdum iuri uim affert: propter quod crimini datur in superioribus exemplis. Et apud Ciceronem pro Quintio, De fortunis omnibus Publius deturpandus est: potentes, disertis, nobiles omnes aduocandi sunt, adhibenda uis est ueritati, minae iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur: ut ijs rebus aliquando uictus & perterritus ipse cedat. Et aduocatio togatorum apud eundem pro Cecinna. Quintilianus in x i. de actione loquens,

Incum

Incumbere aduocato aduersis subsellijs sedenti iam contumeliosum est. Aperte Quintilianus aduocatum distinxit à patrono. Aliquando tamen aduocatum pro actore accipit: ut libro quarto, Ideoque agere aduocato quam litigatori facilius, quia & laudat sine arrogantiae crimine, & aliquando utiliter etiam reprehendere potest. Idem, Ideo primum intuemur litigatoris an aduocati persona sit utendum, quoties utrunque fieri potest. Sic Plinius in praefatione, Et quod miremur, per aduocatum defenditur. Propterea Ulpianus, Aduocatos omnes omnino accipere debemus, qui causis agendis quoquo studio operantur. Ad-
 uocatio hodie consilium appellatur, id est causidici & cognitores, omnesque qui quasi tutores causae dati sunt, cum unus sit actor causae. Inde aduocatio à Cicerone dicitur, quam consultationem homines Basilicani uocant: in Praetura urbana, de aede Castoris, Quo saepenumero senatus conuocetur: quo maximarum rerum quotidie aduocationes fiant. Plautus aduocatum pro teste rogato accipit in Poenulo, Factum à uobis comiter: bonam dedistis aduocati operam mihi. cras mane, quaeso, in comitio estote obuiam mihi. Verba sunt Agorastoclis ad testes, quos aduocauerat in lenonē. antea enim dixerat, Mementote. Ad-
 uoca. Meminimus. Et aduocare uerbum, est aduocatum uel testē rogare. Idem in Casina, Quem hercle ego hodie litem perdidisse gaudeo, ne me nequicquam aduocauerit. Aduocati à Graecis παράκλητοι dicuntur: et aduocatio παράκλησις. Demosthenes περί τερφάνη, Καὶ ἐμὲ διαμαρτυρομένους δι' ἐκ παρακλήσεως συγκαθημένους δὲ εἶωρ με λέγειν. Et ἐν τῷ πρὸ παραπροσβάας, in principio, Αἱ δὲ τῶν παρακλήτων δεικνύσθαι ἢ προσδιδῆναι τῶν ἰδίων πλεονεξίων ἐνεκα ἐγίνοντο. Quod de cognitore diximus, ex Cicerone planum
 fit

Aduocatus.

Aduocatio.

Aduocare.

Cognitor.

fit pro Roscio Comædo, his uerbis scribente, Quid inter-
 est inter eum qui per se litigat, & qui cognitorem dat?
 qui per se litem contestatur, sibi soli petit: alteri nemo po-
 test, nisi qui cognitor est factus. Ita ne uerò cognitor si
 fuisset tuus: quod uicisset iudicio ferres tuum? suo nomine
 petijt: quod abstulit, sibi non exegit? Idem. Quòd si ad
 Roscium nihil perueniret, quod tu à Flauio abstulisses,
 nisi te in suam litē dedisset cognitorē: ad te peruenire nihil
 debet, quod Roscius pro sua parte exegit: quia tuus co-
 gnitor non est factus. Cognitor etiam est qui aliquem no-
 uit, & qui homini per egrino adesse potest, quasi commē-
 dator aut cōciliator. Idem Cicero in Pratura urbana, Cre-
 det populus Ro. his equitibus Ro. qui ad nos antea produ-
 cti testes, istis inspectantibus ab isto ciuē Rom. qui cognito-
 res homines honestos daret, sublatū esse in crucē dixerunt,
 id est qui homines honestos Pratori daret, testificaturos
 illū esse ciuē Ro. Idē in ult. in Ver. Tamē si tibi ita uiderē-
 tur: hoc iuris in omnes constitueres, ut qui neq; tibi notus
 esset, neq; cognitor ē locupletē daret: quāuis ciuis Ro. esset,
 in crucē tolleretur. id est γνωριστὸν ἀξιόπιστον, Vel τὸν συ-
 γήστον τὰ καὶ γνωριστὸν ἀξιόπιστον. Erant etiam inter operas
 fōrenses Legulci & Formularij, ut in superioribus dixi-
 mus. Hodie omnis huiuscemodi functio duabus appellatio-
 nibus continetur, causidicorum, & procuratorum, id est
 cognitorum, ut prisci loquebātur. Quorum sermo quate-
 nus ad res fōrenses iudicialesq; pertinet, parum hodie usi-
 tatus est: & tamen restitui bona ex parte potest ex lectione
 eorum autorum qui extant & Latinè & Græcè. Inter
 pragmaticos fortasse adnumerari hodie possent, quos soli-
 citatores appellant: institores quidam fōrenses, causa-
 rumq; curatores. Pragmaticarius uerò à sanctionibus pra-
 gmaticis, dictio est recentioris notæ in lege, Zenonis, De

Legulci et For-
mularij.

Pragmatica-
rius.

diuersis rescriptis: qualia multa uocabula Græcorū prin-
 cipum tempora pepererunt post imperium translatum.
 Libros uerò postremos Codicis præcipuè portenta uerbo-
 rum inuaserunt: quibus hodie in ipsis uocabula barbara *Barbara uerba*
 planè mixobarbaraq; leguntur, & proba quedam corru- *in tribus libris*
 pta. Paraueredi, ut supra diximus, & melloproximi uoca- *Codicis.*
 bula ex Latino Græcoq; sermone concreta sunt. Balluca
 & paragaudes planè barbara sunt. quorum balluca apud
 Plinium legitur lib. x x x i i i. Paragaudes apud Vopi-
 scum. Metroecus Græcum est, sed corruptum, in lege, Cer- *Incola metroeci*
 ta. De iure fisci. μέτροικοι, metroeci sunt qui Latinè dicuntur
 incolæ, qui in aliena ciuitate longæ moræ causa habitant,
 nec habent ius ciuitatis, nec honores ciuiles capiunt: tribu-
 tum tamen pendunt, quod metrocion dicitur. In ea autem
 lege pro ijs accipiuntur, quos ἀνασώτας & μετασώτας
 Græci uocant. Metrocomia rectè legitur in lege ultima
 De exactoribus tributorum: sed perperam intelligitur.
 Sic enim est Metrocomia inter uicos, ut metropolis inter *Metrocomia.*
 urbes: à suisq; colonijs ut matrix agnoscitur, ut alibi adno-
 tauimus. At comopoleis sunt uici maiores, quasi æmuli op- *Comopolis.*
 pidorum. quo Marcus euangelista usus est cap. i. Eamus
 in proximos uicos et ciuitates. Εἰς τὰς ἐχομένας κομποπό-
 λεις, Burga lingua uernacula uocat. In lege, Quidam igna-
 uia: sub titu. de Decurionib. monazonion legitur pro mo-
 nazontōn, id est, qui solitudines captant: μονάζοντων, id est,
 soliuagorum. μονάζου γὰρ & ἐρημάζου dicuntur, qui uitā
 solitariam ducunt. In lege, Si quos. legendū Hypomnema-
 tographi. magistratus erat Alexādræ, ut autor est Strabo
 lib. x v i i. cōmentariorū scriptor, ut nomen indicat, cōmen-
 tans & mēte agitans ea quæ ē rep. esse uidetur. In tract. de
 Excus. munerum, idraule pro hydraule legitur. Rectus est
 enim

enim casus pluralis, cuius singularis est hydraules. Plinius hydraulum pro organo posuit libr. 1 x. Delphini capiuntur hydraulici sono. unde hydraulica organa Vitruuio libr. x. & Tranquillo in Nerone. Sed hydraules pro homine sic dicitur, ut choraulas apud Tranquillum in Nerone. *Hydraulus.* Hydraulus autem ὑδραυλῶν organum est. Sub titulo, De ponderatoribus, *zygostatem* pro *zygostatem* legitur. *Zygostate.* *state* sunt libripendes per urbes constituti, qui regijs ponderibus præferti appellantur: qualis est unus Parisijs. Gynæciarius, γυναικειάριος, à gynæcio barbarè deductum est, sub titulo, De murilegulis: ubi bastagarij & alia multa barbara sunt aut uernacula.

IN titu. seq. Vestes oloberæ dicuntur, uel holoseræ, uel holobryzæ: uel uox est barbara. Lampridius in Alexandro, Vestes holosericas nunquam induit: subsericam nunquam donauit. Idem in Heliog. Usus est aurea omni tunica: usus & purpurea, & de gemmis persica. Sic obryzati nummi, auro obryzo percussi. quod uerbum corruptum est *solidus.* in tract. De ueter. nomismatis potestate: ubi solidi ideo dicuntur, quia iusto & integro pondere erant percussi, non dimidiati aut trientales: quæ ratio est ut solidus pro aureo accipiatur. Idem Lampridius in Alexandro, Vectigalia publica in id contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent. tuncq; primum semisses aureorum formati sunt: tum etiam cum ad tertiam partem aurei uectigal decidisset, tremisses: dicente Alexandro etiam quartarios futuros. sed cum non potuisset per publicas necessitates, conflare eos iussit, & tremisses tantum solidosq; formari. In titulo, De collegiatis, chartopratis legi debet pro chartopolis. Chartopratis

chartopratis. δι τὸν χαρτὰς πηράσκοντες: Papyropola nunc uocatur. Perisso

Perissochoregia quid sit sub titulo, De frumento Alexandrino, alibi diximus, In lege, Litibus, De agricolis & cens. chimiliarcho ciuitatis legitur pro cimeliarcho. Et Codice, lege ultima, De bonis autoritate iud. possid. cimeliarchos legi debet, & cimeliarchion, id est κειμηλιαρχος. Est enim ut ab episcopus episcopion pro loco, sic cimeliarchion locus, in quo res pretiosæ & in delitijs habitæ recõduntur. κειμηλια, inquit Eustathius, τὰ παρ ἡμῶν ἀκίνητα. Lingua uernacula gabinetum appellat, cui loco qui præfertus est, cimeliarchus Græcè dicitur. In lege, Quicumq; De omni agro deserto, ad diacatochiæ uicem legitur, pro diacatoches uel pro diacatochi. Est enim diacatoche bonorum possessio: & diacatochus bonorum possessor: ut sit sensus, Qui fundum patrimonialè excolendo fecundum reddiderit, canonèq; agnouerit: ipsum διακατοχῆς iure iam possidere, uel διακατόχῃ loco haberi. Melloproximi in lege, Peculiari, De proximis sacrorum scriniorum, sunt ij qui nondum proximatus honorem inierunt; sed iam designati sunt proximi, μελλοπρόξιμοι. Ea enim forma dicitur melloproximus qua mellonymphius, id est, qui sp̄sus designatus est: & mellothanatus, id est capularis, quæ mors proxima manet. Aristoteles in Politicis, οἱ γὰρ ἐξ ἐλλήνων ἄρχοντες ἢ μέλλοντες. Et perfuncti, inquit, magistratu & designati imperium habent. In eadem lege, consensus pro confessu legitur: ut in lege 11. Est enim confessus συνηδριον. Cuiusmodi permulta sunt in ijs libris, quæ conuentia magis hoc tempore quàm adnotatione digna sunt: quanquam & nonnulla animaduertenda præterimus prudentes. Obiter enim atque digressione ista scribimus: quorum specimen unum dabimus in tract. De fabricensibus. I. Iure prouisum. Vbi enim legitur, Vniuersi itaque ueluti

Cimeliarchus.
Cimeliarchion.

Diacatoche.

Melloproximi.

Μελλονύμφιος.
Μελλοθανάτης.

Confessus.

in corpore unius formæ, unius decoctionis, si ita res tulerit, respondere cogentur. ego ita legendum censeo, unius decoctiones, si ita res tulerit, respondere cogentur. Est enim decoquere & decoquere, creditum non reddere, ære credito fraudare: *χρεοκοπή*. & decoctio, *χρεοκομία*. unde nouæ tabule *χρεῶν ἀποκομῆ* dicuntur. Cicero in Antonium, Illud tamen audaciæ tuæ quod sedisti x i i i i. ordinibus, cum esset lege Roscia certus locus decoctoribus constitutus. Plinius lib. x x i. Crocum syluestre optimū: serere in Italia minimè expedit, ad scrupula usq; singula arcis decoquentibus. id est depositum non reddentibus. Est enim decoquere, diminuere: unde ducta significatio. Quintilian. Multum inde decoquent anni: multum ratio limabit: aliquid uelut usu deteretur. Inde Seneca pro fallere & desituere dixit, decoquere spei bonæ: id est non respondere spei. Miror quid pensi habuerit Accursius in lege unica, supra, De auri publici persecutoribus, cum persecutores decoctores esse dixit. Sunt enim persecutores, qui Græcè *ἐκδιμιστῆ* dicuntur, & *ἐκδιμιστο*: quorum munus est iudicia experiri contra eos, qui aurum uel argentum, uel pecuniā reip. debent. Susceptores uerò sunt *ἀποδέκται*, qui & *ἀποδέκται* dicuntur, & *ταμίαι*. ab antiquis tamē coactores appellabantur *ἀγροκόλογοι*. *ἐκδιμιστο* etiam defensores ciuitatum uocantur in l. Ut perfectius. de annali exceptione. Est etiam ecclios uindex & assertor. Horum librorum obscuritati insuper caliginem multam offudit Accursianorum stupor, quod quidem ad linguæ utriusq; intelligentiam pertinet. Multa enim uocabula corruerunt, multa perperam interpretati, legum sensus inuerterunt: cum ibi non pauca legantur, quæ priscæ elegantia uestigia retinent. Vnius & alterius loci satis erit admonere hac etate.

Aderare

Aderare uerbum multis in locis extat, & nullibi rectè intellectum. In lege unica, De collatione donatorum, lib. x. Accursius aderationem ait esse aris præstationem. In lege, Annonas, De erog. milita. annonæ, lib. x i i. ipse aderare annonas ad ærarium pertinere interpretatur, uel de ærario soluere. Et in lege, Septem, eodem sub titulo, & ipse & posterius eius quasi hæresim inscitia è uestigio sequentes in uocum interpretatione, aderatas species intelligunt ad ærarium delatas. Ego autem aderare id esse censeo quod Græcè *ἐξ ἀργυροῦ* dicitur, id est ære aestimare, ut sit sensus, Species quæ militibus stellaturæ causa penduntur à prouincialibus, si pecunia permutentur, aestimari tanti debere, quantum est fori pretium. Aderare autem ab ære deductū est: quare sine aspiratione legi debet: licet in omnibus exemplaribus quæ mihi uidere contigit, ferè aspiratū legatur. Sic autē eam legē scriptam fuisse primum censeo, Septem diebus per quos tribuni præto. emol. gratia solen. stellaturæ nomine species consequuntur: species resistentes non aliter adherentur, nisi ut in foro rerum uanaliū distrahantur. Species autem resistentes intelligo restantes: quæ reliquamenti causa debentur, id est quæ ex præterito debentur. Sic in lege, Speciebus, in tracta. De cohortalibus, Speciebus primipilaribus aderandis eadem pretiorū taxatio seruetur, quæ in uanalibus publicis poterit reperiri. Quæ interpretatio omnibus locis conuenit. nam aderata prædia ab eo dicta sunt, quod à frumentaria aut uinaria, speciariaq; præstatione ad ærariam redacta sunt. Lingua patria addenarata dicit ferè pro eodem. Aeris enim uocabulo pecunia significatur. undè oberati dicti. Stellatura nomen erat annonæ militaris. Lampridius in Alexandro, Annonas (inquit) militum diligenter in-

ii 2 spexit

Decoquere & decoctiones.

Decoctores.

Decoquere spei.

Persecutor.

Susceptor.

Defensores ciuitatum.

Aderare.

Aderata species.

stellatura.

spexit: Tribunos qui per stellaturas militibus aliquid abstulissent, capitali pœna affecit. Sparti. in Pescennino, Nam & Imperator tribunos duos quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariis iussit. In lege huic proxima, in eodem tractatu, De cohortalibus: illa uerba, Prius quàm primipili partum digesta ratione compleuerint: sic interpretanda puto, prius quàm primipilarem distributionem redditis rationibus peregerint. Est enim partus dictum pro eo quod Græci νομήν dicunt. quod uerbū & partionem & distributionem & stipendium militare et annonam & congiariū donatiuumq; significat, quod inter milites diuidebatur. Herodianus, Νομάς τε αὐτοῖς διδόντες ἐπιδοῦναι, τῆς ὁλοκωρίας εἶχοντο. Idem, Νομάς ἐπιδοῦναι τῷ δυνάμει, τοῖς τε στρατιώταις πολλὰ δωροδοκίαν. Mirum id est magis, eum tractatum, De cohortalibus esse inscriptum, & ubiq; ab Accursianis sic legi sub eo titulo, & lib. 111. ubi de curiali uel cohortali condit. ex eoq; dici quòd cohortati sint curiæ: cum ex locis duobus eiusdem tractatus liquet cohortales à cohorte dici, quasi cohorti obnoxios, τῆς ἀξίως ἐναποδοκίμας: ut in lege Officia. & in lege Si cohortalis, uidere lector poterit. Cohors enim non modo de numero militari: sed etiam de alijs dicitur. ut apud Tranquillum in Nerone, de patre Neronis loquentē, Comes ad orientem C. Cæsaris iuuenis, occiso liberto suo, quòd quantum potare iuebatur recusaret, dimissus è cohorte amicorum nihilò modestius uixit. Idem in Gal. Per hæc gratissimus Claudio, receptusq; in cohortem amicorum, magnæ dignationis est habitus. Et Horatius in pri. epist. Quid studiosa cohors operum struit? Sic autem cohortales à cohorte dicuntur in cohortem cooptati, aut cohorti ascripti: ut curiales à curia, tribules à tribu.

tribu. Vidimus librum in quo enumerati sunt magistratus Ro. imperij. in eo hæc uerba legimus, Clarissimum uirum correctorem Apuliæ & Calabriæ in officio iurisdictionis suæ habuisse principem, cornicularium, tabellarios duos, commentariensem, adiutorem, ab actis, subadiuam, exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine annotatione clementiæ principalis. Cohortalinorumq; appellationem itidem legimus in officio consularis Campaniæ, & consularis Palestiniæ, & præsidis Thebaidos. Qui autem hæc cohortales, & in lege Si cohortalis, cohortalini dicuntur, ijdem sunt, ut opinor, cum ijs qui apparitores in multis superioribus titulis appellantur. In eodem enim libro magistratuum Ro. uirum illustrem magistrum militum præsentalem habuisse in officio magisterij sui dignitates infra scriptas (sic, enim appellantur ibidem huiusmodi militiæ) principes duos, numerarios duos, commentariensem, primiscrinios, qui numerarij sunt: scriniarios, exceptores, & ceteros apparitores. quibus uerbis apparet apparitores esse ministros apparituram magistratibus facultates multiplices ac distincta functione: δι' ἑκάστην αὐτῶν τοῖς ἐπὶ ἀξιώσεως. hoc est qui præsto sunt magistratibus ad imperia accipienda & exequenda. Est in lege ultima, tituli, De prædijs decurionum sine decr. lib. x. ita scriptum, Nec ex tabella decretum recitari, sed curialium uel maioris partis curiæ relatione. Accursius per tabellā intellexit delegati iudicis functionem: nescio quo modo ariolatus, ut solet. Ego autem censeo hunc esse uerborum sensum: In faciendo decreto alienationis, cuius ea lex meminit, non tabellis curialibus datis disquisitionem oportere fieri, sed uocali suffragio singulos curiales in sententiam ire. Fuit

Tabellaris sen-
centia.

Suffragia uoca-
lia & tabella-
ria.

enim olim modus geminus ferendi suffragij in concilijs, & sententiae dicendae in iudicijs. Interdū enim uoce, interdum tabella eo munere fungebantur. Cicero lib. III. de Leg. Dicam Atticē, & uersabor in re difficili, ac multum & sepe quaesita: suffragia in magistratu mandando, aut de reo iudicando qui lege aut rogatione damnatur, palam ferre melius esset deinde legum tabellarium meminit: id est quae de suffragio tabellari latae sunt. Quoniam uerò magnificentius erat atq; innocentius uoce quàm tabella quippiam decerni: ideo in oratione contra Rullū ita inquit, Sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quòd meis comitijs non tabellam indicem tantae liberalitatis, sed uocem uiuam prā uobis indicem uestrarum erga me uoluntatum ac studiorum tulistis. Et pro Planco, Etenim si populo grata est tabella quae frontes operit hominum, mentes tegit, datq; libertatem ut quod uelint faciant, promittant autem quod rogentur: cur tu in iudicio exprimis quod non fit in campo?

In transcursu fortasse non erit adnotatione indignum, quòd Accursius in l.ulti. De honoribus & muneribus non continuandis, lib. x. missos pro uocatis intellexit, cum significet transmissos & praeteritos. Nec in lege Ciues, tractatu De incolis, percepit quid allectio significet: id est, προγραφή, προσαιρέσις: cum Vlpianus in tracta. De decurionibus, scripserit spurios posse in ordinem allegi. Allecti enim sunt ascripti & conscripti: hoc est numero additi. προσκαταλεγομένοι. Sublecti, de mortuorum loco lecti. ἀντικαθίσταμένοι.

Allecti, &
sublecti.

Grammato-
phylacium.

SEQVITVR in eodem cap. tract. De poenis. Archiuo forte uel grammatofilatio. Puto legendum fortasse, uel grammatophylacio. Est autem grammatophylacium, ubi tabulae

tabulae & instrumenta publica monumentaq; rerum gestarum actarumq; asseruantur: quod tablinum Latine appellatur. Plin. lib. x x v. Tablina codicibus implebatur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Sed de priuato tabulario uel tablino Plinius intellexit: sicut Vitruuius in VI. Tabulinum si latitudo atrij erit pedum uiginti, dempta tertia eius spatium reliquum tribuatur. Cicero de Natura deorum, tabularium dixit, Sessum ite precor, ut iudicetur qui tabularium incendit. Tabularum significatio multiplex. sunt enim tabulae pictae, ut tabulae scriptae. Archiuum ex Graeco factum est, ἀρχίον. Archiuum autem etiam magistratum aedes significat, & regiam & palatium & iudiciale forum. Ex quo factum, ut archiuum & interposita u archiuū, si tamen recte legitur, significet chartophylacium: quia ἀρχία uicina sunt chartophylacijs, quae eadem sunt cum grammatophylacijs: uel chartophylacium. potius eorum membra, in quibus hodie actuarij & scribae exceptoresq; acta publica condunt. Quod autem in uicina periodo sequitur, sic censeo reponendum, Ut solent quibus sententia praecipitur. ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπὲς ἄλλων.

Tablinum.

Tabularium.

Archiuum.

Chartophylacium.

IN cap. Aut facta, in principio, Quosq; alios suadendo innuisse sceleris est instar. Innuisse omnino legendum uidetur. Sed si ita legatur, quosdamq; alios suadendo innuisse: sensus erit contextusq; congruentior.

IN eodem cap. in §. Qualitate rixae à grassaturis. Quoniam Accursiani parum intellexerunt hoc uocabulum, nobis explanandum uisum est. Grassatores igitur sunt uiarum in urbe uicorumq; obsessores, qui obuios iniuriae opportunos spoliant, aut pulsantes aut intentata morte territantes. λαποδύτας Graeci appellant. Plinius lib. xiii. de Tapfia loquens, Nero Caesar claritatem ei dedit, initio

Grassatores.

imperij nocturnis grassationibus conuerberatam faciem il-
linens sibi cum thure ceraq; & sequenti die contra famam
cutem synceram circumferens. Tranquillus in Augusto,
Nam & grassatorum plurimi palam se ferebant succincti
ferro, quasi tuendi sui causa. Et inferius, Igitur grassato-
res dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit.
Sic iuuenalis Satyra 111. Interdum & ferro subitus gras-
sator agit rem. quo in loco grassaturam describit dilucide.
Neronis grassaturas etiam clare Tranquillus commemorat
in eius uita. Et Iuuenalis tamen & ipse rixam appellauerunt
grassaturam minus noxiam, & quasi ludibundā: Mi-
seræ cognosce proemia rixæ: Si rixa est ubi tu pulsas,
Grassari. ego uapulo tantum. Sic grassari & hic & in cap. Capi-
talium, intelligendum: cum alioqui grassari seuire signifi-
cet, & in perniciem noxamq; progredi. Idem Tranquil.
Nec minore liuore ac malignitate, quam superbia seui-
tiaq; penè aduersus omne genus hominum grassatus est.
Id est improbum ac maleficum se exhibuit, in diesq; no-
cētiorum. Inde fit ut pestem grassari dicamus, pro eo quod
est, cum ingenti clade hominum inualescere. κατασκήτωρ
& ἐγκατασκήτωρ. Quomodo usus est. Claudius Iuriscōf.
in fine huius capituli, Quoties multis personis grassantibus
exemplo opus sit. Sallustius pro ingredi & tendere posuit,
in bonam partem accipiens, his uerbis: Vbi ad gloriam uir-
tutis uia grassatur. ἴεται. Horatius metaphoricè, Dauus sis
comicus, atq; Stes capite obstipo multum similis metuenti,
Grassare obsequio, de captatore loquens. Locus autē Demo-
sthenis hic à Iuriscōsulato citatus, restituendus est ex oratio-
ne περὶ κοινούλων. Demosthenes enim pugno cæsus in thea-
tro à Media Atheniensi præ diuite, eum ad populum accu-
savit. Tunc enim ab illo pulsatus est Demosthenes, cū Dio-
nyfia

nyfia agerentur, qui ludi erant in honorem Liberi patris
instituti: curatorq; ludorum erat cum alijs delectus Demo-
sthenes, quos choragos appellabant. eam iniuriam atque id
crimen cum magnopere exaggerare uellet orator, aliquot
hominum exempla recensens, qui ob huiuscemodi facinora
in fraudem capitalem inciderāt, & ab iniuriā passis cæsi
erant, ita inquit, Οὐ γὰρ ἡ πλεονηχία παρέστη τῶν ὀργῶν, ἀλλ'
ἡ ἀτιμία. δὲ τὸ τυπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινόν, καί-
περ ὁρ δεινόν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὑβρί. πολλά γὰρ ἀρ ποιήσθη
ὁ τυπτεσθαι, ὡς ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ὡρ ὁ παθῶν ἕνια δὲ ἀρ
ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' ἐτέρω, ἔφ' σχήματι, ἔφ' βλέμματι,
τῆ φωνῆ, ὅταρ ὡς ὑβρίζωρ, ὅταρ ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχωρ, ὅταρ
κοινούλων, ὅταρ ἐπὶ κόρησ. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίση-
σιρ ἀνθρώπων αὐτῶρ, ἀνθεῖς ὄντας τῆ προσηλακίσεσθαι.
δολεῖς ὡς ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτα ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' οὐ
δεινόν παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις οὕτως, ὡς ἐπὶ τῆσ ἀλη-
θείας καὶ τοῦ πράγματ' ἔφ' πάσχοιτι καὶ τοῖς ὀργῶσιρ
ἐναργῆσ ἢ ὑβρίσ φαίνεται. Vt autem res melius intelligatur,
uno aut altero uersu locum altius repetitum traducam hoc
modo, ac sesquiuersu producā, Nouerunt hoc multi, Eua-
na Laodamentis fratrem inter epulas in conuentuq; publi-
co obtruncatum à Bæoto, unicum ob colaphum inflictum.
neque uerò unica plaga iræ impetum illi, sed ignominia ci-
uit. neque cædi ingenuis graue est: tametsi est ipsum graue.
id enim uero demum graue est, ad contumeliam cædi. Si-
quidem multa facere, ὁ uiri Athenienses, existimari potest
is qui alium cædit: quorum partem ne is quidem qui uerbe-
ribus afficitur, indicare satis sermone atque effari possit:
ipsa perpetranda rei specie, obtutu truculento, uocis atro-
citate: adde quum sugillandi animo, quum inimicum se pro-
fitendo, denique quum pugnis, & quum in malam cædit.

Atqui hæc permouent: hæc inquam emouent de mentis
 suæ statu homines contumeliæ, atque sugillationis inso-
 lentes. His commemorandis, ô uiri Athenienses, nemo est
 qui rei atrocitatem animis audientium oculisq; repræsen-
 tare queat: præut quidem est iniuria re ipsa conspicua
 omnibus numeris euidentiæ, ijs qui rei spectatores fue-
 runt, ipsiq; adeò iniuriam perpeffo. Quorum uerborum,
 oratoris hæc sententia est: ea quæ rei adiuncta dicuntur
 (à Quintiliano etiam complexus causarum & circum-
 stantiæ nomine appellantur, ut Græcè appellât τῶν ἐπισημασθῆναι
 esse huiuscemodi, ut magna ex parte animo magis concipi,
 quàm uerbo enunciari possint. Verùm cum ea ampli-
 ficationis argumenta quæ à circumstantia ducuntur, Iu-
 risconsultus in hoc capite in septem modos digesserit:
 qualitatis exemplum à Demosthene potissimum ducen-
 dum esse censuit: qui in qualitate & æstimatione iniu-
 riæ, facinoris perpetrati speciem (quod schema ipse uo-
 cat) animaduertendam esse duxit: hoc est habitum & af-
 fectum corporis animiq; tam pulsantis quàm uapulantis,
 & quandam ueluti actionem atque repræsentationem im-
 probitatis eius qui cadebat atque impotentis animi, con-
 traq; foedi ac pudendi aspectus eius qui uapulabat exhi-
 bitionem, animo obuersari iudicium oportere, ut poenam
 pro dignitate rei statuam. In qualitate etiam ponit tru-
 ces minacesq; oculos pulsantis, in eum qui pulsatur: tum
 uociferationem desæuientis territantisq; eum qui uiolen-
 tiæ cedit. Quæ omnia accidere uerisimile est, cum su-
 gillandi animo id fit, id est notam ignominiamq; inu-
 rendi homini integræ famæ intemeratiq; pudoris: quum
 inimicum se profiteatur qui pulsatur, cum iniuriam ita
 accipi uult, tanquam ab inimico offendendiq; que cupido
 illatam

illatam: cum plaga infligitur non expansa manu, sed in
 pugnum contracta, quo ictus sit nocentior & grauior: po-
 stremo cum in eam partem corporis de industria plaga in-
 cumbit, quo atrocissima noxa corpus mulctari potest, su-
 gillataq; ea pars esse ac diu manere conspicua, indeq; facies
 dehonestari. Hoc enim significat ἐπὶ κόρῃς, id est κατὰ τῆς
 σιαγόνῃς & πατάξαι, Atticorū lingua loquentibus: quod in-
 terpres ignarus pupillā transtulit, quasi κόρῃς Demosthe-
 nes scripisset. Hæc sunt (inquit Demosthenes) quæ homi-
 nes iniurijs nō assuetos animi impotentes faciunt: id est quæ
 patientiam quantumuis prudenti excutiunt. Quintilianus
 in sexto, de concitandis affectibus loquens, Atrocitas (in-
 quit) crescit ex his: quid factum sit, à quo, in quem, quo
 animo, quo tempore, quo loco, quo modo: quæ omnia infi-
 nitos anfractus habent. Et paulum infra, Plurimum tamen
 (inquit) affert atrocitatis modus, si grauiter, si contume-
 liose, ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex uultu
 ferientis, ex habitu inuidiam Midia querit. Idem alibi,
 Nanq; in hoc eloquentiæ uis est, ut iudicem non ad id tan-
 tum compellat in quod ipse à rei natura ducetur: sed aut
 qui non est, aut maiorem quàm est, faciat affectum. Hæc est
 illa quæ Dinosis uocatur: rebus indignis, asperis, inuidio-
 sis addens uim oratio: qua uirtute præter alios plurimum
 Demosthenes ualuit. Huc pertinet illud Ciceronis in Di-
 uinatione, Putas ne posse (id quod in eiusmodi reo ne-
 cessarium est) facere, ut quæ ille libidinosè, quæ nefariè,
 quæ crudeliter fecerit, ea æquè acerba & indigna uidean-
 tur esse ijs qui audient, atq; illis uisa sunt qui senserūt: ma-
 gna sunt ea quæ dico, mihi crede: noli hæc contemnere. di-
 cenda, demonstranda, explicanda sunt omnia, causaq; nō solū
 exponenda, sed etiam grauiter copioseq; agenda est. Hunc
 locum

locum ideo enarrandum copiosius esse censui, quod ab homine iuris in primis perito, causarum actore nobilissimo, aliquando rogatus sum ut eum explanarem. Aiebat enim se nunquam mentem Iurisconsulti capere plane potuisse, cum tamen in causa insigni usu sibi uenisset, ut autoritate hac utendum sibi foret.

IN eodem cap. §. Euentus. Et ideo apud Græcos exilio uoluntario fortuiti casus luebantur. Accursius uoluntariū exiliū intelligit arbitrato iudicis statuēdū: cum uoluntarium pro spontaneo Iurisconsultus intellexerit, quod sibi quisq; consciscit: ut ex ijs quæ dicemus apparebit. Voluntarium etiā exilium intelligi potest quod liberum dicitur, hoc est non certo loco circumscriptum: quod genus deportationis est aut relegationis: sed quo genere mulctantur, qui patria extorres esse iubentur: cuiusmodi ferè hodie uimur. Capitulinus in Marco Philosopho, Deportatus est Heliodorus filius Cassij. alij liberum exiliū acceperunt cum honorū parte: mulieres ornamentis adiutæ, ita ut filia Cassij & Druncianus gener liberam uagandi potestatem haberent. Ex quibus uerbis intelligimus aliud esse liberū exiliū quod unusquisq; sibi eligit, & aliud liberam uagandi potestatem, quasi exilium uagum: quo qui damnati sunt, locum subinde mutare possunt, modò ne eò reuertantur unde exulare iussi sunt. Hoc latam fugam Marcellus uocat cap. Exilium. infra, De interdictis & releg. Quia fuga Græcè exiliū significat, & fugere exulare. quare locū illum corruptum esse censeo, uel mutilatum potius in medio membro: sensus enim, meo iudicio, elici ex illa distinctione triplicis exilij non potest. Est autē φυγή, id est fuga exilium eorum qui pœnam legum uitare uolunt. Cicero pro Ciccina, Nam cum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo

ciuis

ciuis esse possit: tum amittitur hæc ciuitas deniq; cum is qui profugerit receptus est in exilium: id est in aliam ciuitatem. Idem, Nam exilium (inquit) nō supplicium: sed profugium portusq; supplicij. nam qui uolunt pœnam aliquā subterfugere aut calamitatem, eò solum uertunt: hoc est sedem aut locum mutant. Itaq; nulla in lege nostra reperietur, nec apud ceteras ciuitates, maleficiū ullum exilio esse mulctatum: sed cum homines uincula, necesse, ignominiasq; uitant quæ sunt legibus constitutæ, cōfugiūt quasi ad arma in exiliū. Vbi tamē arā nō arma legendū puto cōtra fidem exemplariū. Licebat igitur reis post primā actionē exiliū sibi cōsciscere ante iudiciū peractū: idq; appellabant exilij causa solū uertere: μεταναστεύειν, μεταοικίσειν. Liuius de decemuiris loquens, Bona Claudij Oppijq; qui ante diē iudicij uitā in uinculis finierāt, tribuni publicauerunt. Collegæ eorū exilij causa solū uerterunt: bona publicata sunt. Hoc ut cetera ex Græcorum legibus translatum esse, ex oratione Demosthenis κατὰ Ἀριστοκράτους apparet his uerbis, τῶ ἵ φάγοντι, τὸν πρότερον ἔξεσιρ ἐπιόντα λόγον μεταστῆναι, καὶ οὐθ' ὁ δίκων, οὐθ' οἱ δικάζοντες, οὐτ' ἄλλων ἀνθρώπων ἐδείς, κύριον κωλύσαι. Reo autem (inquit) licet cum primam orationem habuerit, solum uertere. id quod uertere, nec accusatoris nec iudicium potestatis est. Solum uertere etiam de decemtoribus dicebatur: qui & foro cedere dicebantur: ut apud Iuuenalem, Cedere nanq; foro iam non est deterius, quàm Esquillas à feruenti nigrare suburra. Idem alibi, Qui uertere solum Baias, & ad ostia currunt. Id est οἱ ἀνεσκασμένοι τῶν στρατιωτῶν apud Demosthenem, hoc est οἱ τὰς στρατίας ἀνεσκασάμενοι. Locus autē Pandectarū inanis replendus est ex libro Iliados ultimo, nisi fallor. Homerus enim commemorans aduentum

Exilium olim pœna legum nō erat.

Exilij causa solum uertere.

Solum uertere.

uentum Priami ad Achillem, deductore Mercurio, supplicemq; eum describens, & ad genua Achilli aduolutum, ut corpus exanime Hectoris ab se redimi pateretur, hos uersus scripsit hic reponendos, dictoq; Claudij consentaneos:

Ὡς δ' ὅταν ἀνδρ' ἀτὴν πυκινὴ λάβῃ, ὅς τ' ἐνὶ πᾶσι
Φῶτα κατακτένας, ἄλλοι ἐξίκετο δῆμον
Ἀνδρὸς ἐς ἀφῆς, θάμβῃ δ' ἔχερ ἔσορόωντας,
Ὡς Ἀχιλεὺς θάμβησεν ἰδὼν Πριάμου θεοειδέα.
Θάμβησεν ἢ καὶ ἄλλοι, ἐς ἀλλήλους ἢ ἰδόντο.

Ac si Latine diceret,

Ac uelut is crebris quem fors incommoda noxis
Implicat, externas se contulit exul in urbes,
Vtq; piet facinus patratæ cædis, ad ades
Diuitis accedens, mirantia contrahit ad se
Ora hominum hac specie: Priamo sic supplice, Achillis
Circumsusa cohors comitum stupet, ut stupet ipse.
Ad quorum uersuum intelligentiam interpretes Homeri
tradunt, morem fuisse apud uetustissimos, ut qui non uoluntariam cædem admisisset, is exularet patria: ad adesq; locupletis hominis se conferens, ibi opertus sederet in limine, oraretq; & postularet admisse cædis expiamētum. Huiusmodi uerò exilium ἀπειναυτισμός appellabatur: τῆς ἐξίτου φύγῃ ἐπ' ἐνιαυτὸν διὰ φόβου ἀκούσιου. uerbum è uerbo ductum Abannatio dici potest, quasi annuum exilium. Causa autem exilij uoluntarij, in ecq; expiationis quærendæ, institutum erat priscorum, qui uiros homicidas ut impuros & detestandos existimabant, ideoq; uitandos & auersandos. Arcebantur enim sacris & foro ij qui in reatu cædis erant, quoad iudicium peractum esset. Autor Pollux in v i i i. Quare Antiphon in oratione

Homicide scelerati et abominandi olim eximabantur.

πρὸς

περὶ χορευτῶν ad iudices loquens, Causas (inquit) cædis (ut opinor) uos magnopere contenditis exactè iudicare. Quippe hominem reum sententijs uestris cædis damnatum, in eam fraudem incidere necesse est, ut nec cædis perpetrator, nec perpetratæ cædis re uera obnoxius, pœnas tamen pendat & legis sanctionem subeat: ut urbe, sacris, sacrificijs, certaminibus arceatur, quæ hominibus maxima antiquissimâq; censentur. Et Lysias contra Agoratum, εἰδείς γὰρ αὐτῷ διελέγετο ὡς ἀνδροφόνῳ ὄντι. Nemo (inquit) eum ut homicidij reum colloquio dignabatur. Verba legis pœnam homicidij sancientis sunt apud Demosthenem ἐν τῷ 171 Ἀεισοκράτης, Ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς, ἐφορίας, καὶ ἀθλῶν, καὶ ἱερῶν ἀμφικτυονικῶν. quæ uerba ipse ibidem interpretatur. Verum enim uero huiuscemodi expiationis necis humanæ ab imprudentibus admissæ, exemplum uidere licet apud Herodotum lib. i. quo in loco Cræsi meminit nuptias filij sui celebrantis, Quum autem (inquit) filij nuptias Cræsus in manibus haberet: aduenit Sardeis quidam calamitate præditus, manibusq; impuris, natione Phryz. Hic cū ad Cræsi ædes accessisset, gentiliq; instituto rituq; patrio postulasset, sibi ut liceret expiamenti optati compotenti esse: Cræsus eum expiauit. Est autem Lydis Græcisq; ritus expiandi similis. Postquam autem Cræsus legitima iustaq; lustrationis peregit: undenam ille & quis esset percunctari institit. Et paulum infra, Gordij (inquit ille) filius sum, cui Midas parens fuit: A drasto mihi nomen est: qui quia imprudēs germanū meum interemī, ad te accessi. Sum enim & ἀπαρῆτε κτετός, & omnibus fortunis exutus. Pausan. in primo Eliacō. συνεπεπῶκεν ἢ τῷ ὀξύλῳ φυγάδι ἐξ αἰτίας εἶναι. δισκόνοντα γὰρ φασιν ἀμαρτῆρ αὐτῶν, καὶ ἐξεργάσασθαι φόβου ἀκούσιου. τὸν ἢ ἀπαθῆγοντα ὑπὸ τῷ δλίσις

δίκης τὸν ἀδελφὸν εἶναι τῆς ὀφύλης. Ex ijs quæ dicta sunt sa-
 tis apparet quid per uoluntarium exilium Claudius in hoc
 capite intelligi uoluerit, qui fortuitū casum ἀκούσιον φόνον
 uocauit: id est imprudens homicidium, ut Valerius dicit.
 Inde apud Herodotum καθάρσιος θεὸς id est iupiter ex-
 piator: qui præses erat necessitudinis ab expiatione contra-
 ctæ, & ueluti disceptator iuris inter expiatorem & ex-
 piatū: ut hodie deus expiator uindex est, si quid inter my-
 sticum parentem & lustratū hominem, uel initiali sacra-
 mento uel arcano & auriculario sacramento expiatum,
 perperam admissum est. Eustathius Homeri interpres,
 Quod autem (inquit) sanguine lustratio fieret, testis est
 historia: cuiusmodi est homicidarū lustratio, qui sanguine
 abluti, lustramenti, loco id esse ipsi ducebant. Cuius artis
 professores Pharmacos Attici uocant, ut urbium quoque
 expiatores. Historiæ Adraſti meminit Valerius lib. 1. cap.
 De somnijs, sed strictim & suppresso nomine, de filio
 Cræsi loquēs ac eodem Adraſto, qui Cræsi filium lancea
 in uenatione traiecit imprudens. Et quidem (inquit ille)
 eam potissimū dexteram casus nefariæ cædis crimine uo-
 luit aspergi, cui tutela filij à patre mandata erat, quamq;
 Cræsus imprudentis homicidij sanguine uiolatam, hospi-
 tales ueritus Deos, supplicem sacrificio expiauerat. Lilius
 de Horatio loquens, qui Horatiam sororem interfecerat,
 Itaque ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur,
 imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica.
 Inde uocabula apud Græcos, καθάρσιος θεός, de eo qui
 homicidio manus non contaminauit: quæ etiā ὄσιον ἢ δαυῖ
 appellāt. & contra μὴ καθάρσιος dicunt τοὺς ἐναγῆς, ἢ τὸς
 μιάσματι τινι ἐνόχους, ἢ μὴ καθαρῶντας φόνους. Exemplo
 huiuscemodi instituti antiquissimi planum fit, nō de nihilo
 instit

Iupiter expia-
 tor.

φαρμακοί.

institutum illud Franciæ inualuisse, quod multis tamen
 minimè consentaneum æquo & bono esse uidetur, de ho-
 micidio ab imprudentibus admissio: etiamsi culpa uacet fa-
 cinus, tamen ut ij ueniam impetrandam habeant, aut à Prin-
 cipe, aut ab illa æquitatis officina quam Cancellariam dici-
 mus: qua in parte potissimum reip. operam ipsi nunc pro
 potestate nauamus, magistratu functitantes, quod magi-
 sterium libellorum in Prætorio dicitur. Sic enim à regibus
 expiari uel facinus inconsultum uel casum temerarium, mo-
 ribus comparatum est, ut olim à ditissimo quoq; piaculum
 huiusmodi admissorum postulabatur. Ceterū eò nunc con-
 gruentius luculentiorq; cum ratione: quo reges non sine
 sacris ritualibus inaugurati, ui quadam diuina præditi
 merito existimantur: nostriq; eò amplius fortasse quod in-
 star ipsi quoddam numinis, neq; id quolibet, circumferre
 eos uidemus, cum medicam manum salubremq; admouent
 ijs quos strumæ malè habent. Ob quod ipsum specimen po-
 tentatus auspiciato olim fundati, comitatus regius ægrotan-
 tium gregibus plerunque frequentatur, dies festos expe-
 ctantium, qui sacræ huiuscemodi functioni piæq; solen-
 nes sunt. Dedisset uerò una quoque id insigne diadema-
 ticum Prouidentia, consilia ut publica plerunque auspi-
 cato inirentur salutariq; cum numine atque præsentiore:
 haud dubiè numeris omnibus maiestatis inter homines
 beatissimæ (absit inuidia uerbo) principatus Franciæ
 præditus esse merito, aureaq; fortuna uisendus diceretur.
 Summa autem fuit cura antiquis uindicandarum cædium.
 In curia enim Areopagitarum sacrum fiebat Eumenidi-
 bus, quas etiam σεμνὰς θεὰς Græci uocant bene ominandi
 gratia: eas enim existimari uolebant eius esse curiæ præsi-
 des in qua sicarij iudicabantur, ut alibi diximus: tanquam
 k k uindices

Arcopagus
 Sicariorum
 uindex.

uindices ultrices que hominum necatorum. Quibus sacrificuli ob id tres erant instituti, id est ἰδρωποιοί. Quare Demosthenes κατὰ Μελίς purgare se uolens suspitione conscientiae cedis, quam ei inimicus obiecerat: ita inquit, ὡς τὸ ἐπαιτιασάμενός με φόνος, περιεῖδε ταῖς σεμναῖς θεαῖς ἰεροποιῶν αἰρεθέντα ἐξ ἀθλωμάτων ἀπάντων τρίτον, αὐτῶν, καὶ καταρξάμενον τῶν ἰδρῶν. Hic (inquit) qui me cedis crimine reū facere instituit: cum ego à curia sacrificulus tertius designatus sum è numero omni ciuium, ut sacrum pro populo deabus uenerandis facerem (sic enim Eumenidas appellabant) nulla intercessione obstitit quo minus sacrificium auspicarer. In Areopago autem cades consultae iudicabantur, id est φόνοι ἐκ προνομίας: non autem ἀκρίσιοι. Sed quod in hoc eodem ambitu orationis dictum, Vt à demetissimo quoque facta, etsi scrupulo mendae non caret, quia non satis herere cum euentu uidetur: unum tamen poscere uidetur, ut adnotemus quod Suidas retulit de statua Niconis Thasij, pugilis celebrati: cuius iam defuncti statuam cum æmulorum unus odio indulgens fustibus caderet, tanquam Niconem ipsum uiuum contumelia afficiens: statua manium eius ultrix, in cædentem ipsa collapsa oppressit eum & extinxit. Propter cuius necem eius heredes statuam ipsam necis ream egerūt apud Thasios, lege Draconis: tandemq; statua necis damnata, sententia iudicum in mare demersa est. Euseb. lib. v. de præparatione euangel. Diomedis athletæ statuam fuisse dicit. Legem enim Draconis legislatoris Atheniensis secuti sunt: qui cedis perpetratores, extorres patria & finibus fieri sanxit, non homines modo, sed etiam animantes alias atque etiam inanimata, quæ lex congruit cum eo quod scriptum est Geneseos cap. i x. Huiusmodi cades ab inanimatis factæ in Prytaneo iudicabantur, ut inquit Demosthenes in oratione supra-

Lex Draconis memorabilis.

dicta ἢ Ἄριστοκράτης. Moris etiam antiquissimi fuit, ut qui cædem perpetrassent, si quum in externam urbem profugissent, ad pœnam exposciti non dederentur ijs ad quos facinus admissum pertinebat: ipsis ut permitteretur iniuriam passis pignerandi potestas, quam androlepsiam & De iure pignerandorum hominum. Demosthene transcripta sunt in orationem ἢ Ἄριστοκράτης, in hanc ferme sententiam, Si quis uiolenta morte obierit: pro hoc gentilibus & cognatis androlepsiae sunt, quoad iudicium cedis pœnasq; subierint, uel necis autores dediderint. Androlepsia uerò ad tres usque, nec eò amplius, esto. Pollux, ἐστὶ ἡ ἀνδρολεψία ὅταν τις τοὺς ἀνδροφόνους κατὰφυγόντας ὡς τινὰς, ἀπαιτῶν μὴ λαμβάνῃ. ἐξεστὶ γὰρ ἐκ τῶν ἐκ ἐκδιδόντων ἀχρι ζῆτων ἀπαγαγεῖν. Harpocratio cum Polluce cōsentit ἐνεχυράσει (inquit) τῶν ἐχέειν πόλιν τὸν ἀνδροφόνον, καὶ προϊεμένῳ αὐτῶν εἰς τιμωρίαν. Demosthenes autem fortasse causæ inferuiens dixit, androlepsiam lege esse permissam non contra profugum suscipientes: sed contra eos demum apud quos cades facta fuisset. Multa autem erat androlepsiam non iure postulanti, uel potius ea utenti. Licebat enim priuato cōsilio androlepsiam exercere, ut ipse Pollux inquit. Hæ cum libro sexto Decretalium epistolarum, pigneratio- Pigneratio. nes uocentur, sub titu. De iniu. tamen iuris interpretes malunt repressalias dicere: usque ad eò barbaries ad stomachum rusticitatis facit. Pignerari Latine dici debet Græcorum exemplo, qui etiam ἐνεχυράσει dicunt & κατενεχυράσει ἀνθρώπων, & ἀνδρολεψίας χεῖρ ἀπτεσθαι τῶν ἀνθρώπων. Hermolaus Barbarus uir doctissimus clarigationem appellari posse censuit: quasi aliud uerbum Clarigatio. non esset Græcum aut Latinum, quo res omni tempore k k z usurp

De iure pignerandorum hominum.

Androlepsia.

Pigneratio.

Clarigatio.

usurpata significari posset. Est etiam apud Homerum aliud exemplum exilij ob eadem inconsulto admissam, Iliados libro xxi. eo in loco ubi umbra Patrocli ad Achillem ita inquit,

Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνσθε τιθίμεναι ὄσ' Ἀχιλλεῦ,
 Ἄλλ' ὄμῃ, ὡς ἐφάφημεν ἐν ὑμέτεροισι δόμοισιν.
 Εὐτέ με Τυθῶν ἐόντα Μενόϊτι ἔξ Ὀπείῃ
 ἤγαγεν ὑμέτερόν δ' ἀυδροκτασίης ὑπὸ λυγροῖς,
 Ἡμάτι (φ), ὅτε παῖδρα κατέκτανον Ἀμφιδάμαν (φ)
 Νήπι (φ) ἐκ ἐθέλωρ, ἀμφ' ἀτραγάλοισι χολωθείς.

Historia tradit Patroclum ludo talario ludentem, cum puer esset subito excanduisse, iraque impetu puerum collusorem nomine Clisonymum interemisse. Ob quod facinus pater eius Menœtius ex Opunte patria eum exulatum ad Peleï domum deduxit: à quo benignè & liberaliter educatus, Peleï iussu comes Achillis esse cœpit & amicus. Hæc autem carmina quanquam non perinde conueniunt supplendo uerborum contextui: tamen eatenus pertinere possunt, quòd delictum puerile tamen exilio mulctatum est, etiam si inconsulto impetu commissum. Ultra hos duos Homeri locos, ut poëma utrunque perlegatur, nihil (ut opinor) inuenietur, ex quo duci autoritas conuenienter Iuriconsulti dicto possit.

IN cap. Si pœna. eodem sub titulo De pœnis. Si pœna alicui irrogatur: receptum est commentitio iure, ne pœna ad heredem transeat. Ius commentitium Accursius à commentis iurisprudentum dictum esse dixit: ignorans significationē eius uocis. Commentitium idem est quod fictitium: quod Græci πλασματώδες appellāt. Significat etiā nouū & recens excogitatum: hoc est non trāslatitium, non aliunde sumptum. Tranquillus in Claudio, Spectacula com-

plura

plura magnificaque edidit: non usitata modo ac solitis locis, sed etiam commentitia & ex antiquitate repetita. Commentitia, pro nouiter repertis nulloque exemplo institutis: ἐπινοητά, τό, τε πρώτον ἐνθυμηθέντα. Aristo. in xii. Metaphysicōn, commentitiam rationem opinionemue appellat, figmento non ueritate subnixam: ut cum mathematicam lineam ponimus uel punctum mathematicum. In sensilibus enim huiusmodi esse forma non potest, nisi opinione rationeque commentitia. ipse πλασματίαν λόγον appellat. Hac ratione ius commentitium dicitur δίκαιον ἐπίπλαστον: quod figmento non re ipsa subsistit.

IN cap. Si diutino. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit. Accursius et Bartolus Latini uocabuli ignorātia sensum huius respōsi peruerterunt. Existimauit enim Bartolus post Accursium, reatum significare spatium maleficij perpetrandi, quasi Iuriconsultus ijs uerbis statuerit mitius cum eo agendum qui longo interuallo inter reos defertur, hoc est diu post crimen admissum. In dissoluendisque antinomij Accursius ut assolet uacillabunde conflictatur. Bartolus autem in errore sibi constans (ipse quidem alioquin epithetum soluti autoris & expliciti: nec in addubitationibus hærentis, inter iuris studiosos meritis) ad diuisionem criminum discriminaque confugit (quæ fermè farrago est commentariorum iuris, syluaque maior Hercinia, nec minus ab omni cultu nitoreque abhorrens) referre aicns maleficiã ne continuæ noxæ, an semel finitæ sint. Nos uerò reatum esse dicimus statum & cōditionem reorum, hoc est habitum demissum, pānosum, squalidum & misericordiæ aucupatorem. Vnde reorum sordes sordidatiq; rei dicebantur, ut nos alibi copiosè iam diximus. Sensus igitur huius capitis hic est: in

Reatus.

eum mitius animaduertendum qui diu sordidatus fuerit: id quod euenire solet, aut iudicium consilio in diem longiorem iudicium reiicientium: aut pro re nata, si quia de causa planè non liquebat, reus saepius ampliatus est. Pars enim poenae esse uisa est, longa temporis intercapedo in conspicua calamitate & miseranda. Errore autem miro hæc opinio inter Iurisperitos aliosque inualuit, ut reatus pro crimine exaudiatur: cum clara sit huius, uocabuli significatio in cap. ult. infra, De bonis Damnatorum. ubi Paulus, Fraudis autem causa (inquit) adoptio facta uidetur, etiam si non in reatu, sed in desperatione rerum per conscientiam, metu imminentis accusatoris quis adoptet. Et itidem in tractatu, De bonis eorum qui ante sen. mor. sibi consc. cap. ulti. Ita demum bona eius qui in reatu mortem sibi consciuerit, si se uendicanda sunt, si eius criminis reus fuerit, ut si damnaretur. morte aut deportatione afficiendus esset, ὅς μεταξὺ κρινόμενος & ἑαυτοῦ διεχρήσατο. Hodie in reatu sunt, qui uel carcere detenti squallore & illuuiæ conficiuntur, aut qui honoris causa custodiae suæ aut apparitorum commissi, aut uadimonio aut uadibus obstricti sunt aut expromissoribus. Iustinus libro quarto histo. Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia secunda Niceas & Lamachus faciunt. ad reatum inquit, id est ad causam dicendam.

IN lege Capitaliū. §. In exulibus. hunc locū Græcè legimus ex Pandectis: οἱ μὴ πειθαρχοῦντες τῇ ἐξορίᾳ, ἀπὸ τῆς ἐξορίας προσηλαίεσσιν, ἀλλὰ κενὴ ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀπὸ τῆς διωκτικῆς ἐξορίας, ὁρισμοῦ. ἀπὸ τῆς ὁρισμοῦ, κεφαλαιῶν τιμωρίας. Ex quibus uerbis apparet relegationē esse exterminationē, cū quis exire fines patriæ iubetur: q̄ Cicero sedibus expellere interpretatur. Deportationē uero quasi circum-

Relegatio.
Deportatio.

scriptionem, cū ei qui damnatus est certo spatio circumscribitur poenae pendendæ locus. nunc confinitos lingua uulgi appellat. Areopagita ad Ioannem euangelistam epistolam sic inscribit, Ioanni theologo apostolo & euangelistæ deportato ad Pathmum. deinde significationem huius uerbi expressit, τοὺς ἀδικούντας ὑμᾶς, καὶ ὁρισμοῦ οἰόμενος τῆς διαγγελίας τὸν ἥλιον, ἐν δίκῳ ἀτιμωρῶνος. Merito istos incusans, qui uos iniuria hac afficientes, arbitrantur se solè euangelij circumscribere. Hoc est qui te deportatione circumseptum arbitratur reliquo orbe disclusum iri.

IN cap. Cicero. Cicero in oratione pro Cluentio Auito. Legendum Habito ex Cicerone. Locus autem à Triphonio integer transcribi debuit: ut fortasse mutilatus uno membro sit locus. Hæc enim uerba deesse uidetur post uerbum damnatam: neque iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, & designatum reipubl. ciuem sustulisset. Sic enim in ea oratione extat.

IN capit. Diuus, De bonis damnatorum, duo uerba deprauata esse tantummodo admonebo: quoniam emendare nequeo. Nummuli enim inueterales quid sint, nemo intelligit. Satis est autem quòd intelligimus nummos locularios aut uiaticales significari. fortasse Græcū erat uocabulum, pro quo illud spurium sensim surrepsit. Alterum uerbum est illud, aut carciaticum quibusdam officialibus. Pro quo nihil comminisci potui quod ad rem satis pertinere uideatur δικαστικῶν iudicibus dabatur, hoc est δὲ ὄβολοι & Τὸ ἀμασινῶν. interdum τριάβολοι. Sportularia pecuniola pro opera iudicandis controuersijs impensa: ad quam suppeditandam fortasse ea quæ περὶ τῶν εἰσπραξιῶν dicuntur, exigebantur. Quamquam parum constat quid illa uoce significetur. Ipse enim

kk 4 censeo

censeo πρυτανεία tantum depositari solita esse in sponsonis iudicio, quæ παρακατάβολη dicitur, ut apud Romanos in sacramento: de quo nos in prioribus differuimus. Verum δικαστικὸν non conuenit in hoc loco, quia de officialibus loquitur. In fragmentis Pandectarū inueni τὰς συνεθείας ἀρπαριτορίων dari solere, τοῖς ἐκβιβασταῖς. quāquā τὸ ἐκβιβαστικὸν uocetur eorū merces. Melius autem ac modestius esse censeo, mendam ipsam tantum adnotare asterisco, nec pro ea ariolando sufficere aliquid commentitium.

Officium.

IN fine autem huius cap. Officium pro coetu eorum ponitur, qui magistratui apparent: id est qui sunt ex cohorte, ut in superioribus diximus: Græcè Τάξις dicitur: unde Τάξις uocabulum in Pandectis. Inde apud officium deponere, est apud acta uel actuarios deponere, qui etiam ab actis appellati sunt. & officia tradere, Modestinus in tracta. De furtis. Ibi enim officium pro coetu ponitur: sicut Græcè τάξις τὸ πλῆθος significat τὸ πρὸς τὸ ἀρχαῖον Sardonycha etiam accusatiuo Græco non Sardonicam legendum, Plinius libro ulti. Primus autem Romanorum Sardonyche usus est prior Africanus, ut tradit Demonstratus: & inde Romanis hanc gemmam fuisse celeberrimam, quæ unde dicta sit, ipse his uerbis docet. Sardonyces olim, ut ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in Sarda: hoc est uelut carnibus ungue hominis imposito, & utroque translucido: tales que esse Indicas tradunt. Idem, Sculpturæ Sarda utilissima: quæ nomen cum Sardonyche cōmunicauit: ipsa gemma uulgaris & primum Sardibus reperta. Inde Sardonychatæ manus Martiali. Quod autem hinc legitur, Nec si zonam circa se habuerit: de zona militari intelligo. Inde illud Lampridij in Alexandro, Miles non timet nisi uestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid

τὸ ἐκβιβαστικόν.

sardonyx.

aliquid in zona. Pannicularia autem causa uel ratio, à panniculis dicta est, quos Græci πᾶκιν uocant. Celsus, At si maiore ui opus est, extincti titiones panniculis inuoluti & circumdati pro fomento erunt.

IN tract. de Appellationibus, cap. Si qui separatim. circa principium. Si quis cum una actione ageretur, quæ plures species in se habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singule notionem principis non faciunt, omnes autem coniunctæ faciunt: quid faciat iudex uidendum est: & poterit ad principem appellare. Verbum iudex ut spurium auferendum est.

IN cap. Si perlusorio. Lego prolusorio. Proludere est futurum certamen meditari, & exercendarum uirium causa confirmandiq; animi simulachrum certaminis inire. Vergilius lib. 111. Georg. Et tentat sese, atque irasci in cornua discit Arboris obnixus trunco, uentosq; lacescit Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena. Iuuenalis, Iurgia proludunt. Augusti. lib. 11. de Ciui. Scenicos ipsos domi hæc suæ proludendi causa coram matribus suis puderet. Inde fit ut proludere sit aliquid agere quod ad iustum certamē pertineat: quasiq; exordium legitimi pleniq; certaminis auspicari. Certamen autem pro iudicio ponitur apud Græcos, ut periculum: quod etiam Latini imitantur. ita fit ut prolusionis uocabulum ad causas translatum sit. Sic Cicero diuinationem suam prolusionem Verrinæ accusatio-

Proludere.

Prolusio.

k k 5 id est

id est, τὸ εἰσάγειν τὰς δίκας, ut tradit interpres Demosthe-
nis ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνω, unde orator ipse ἐν τῷ κατὰ Ἀν-
δροτίων, Οὕτω δὲ ἐστὶν ἀνακλῆσις, ὡς τ' ἐν δίκῃ προα-
γῶνας αἰεὶ κατὰ σκοδῆζωρ ἑαυτῷ τῆσδε τ' γραφῆς, ἐτόλμα
λέγειν, ὡς ὑπὲρ ὑμῶν καὶ δι' ὑμᾶς ἐχθροὺς ἐφ' ἑαυτὸν ἔλ-
κυκε. id est, Huius certaminis prolusiones sibi praestruens
ad populum. Plutarchus in Pompeio, Ἐγένοντο δὲ αὐτῷ τ'
δίκας προαγῶνες ἐκ ὀλίγοι πρὸς τὸν κατηγόρου. Plato li-
vii. de leg. προαγῶνας appellat certaminum quaedam pre-
ludia. Prolusiorum igitur iudicium non à collusione di-
ctum est, quasi συγκαυσεργικόν, sed προαγωνιστικόν: est e-
nim praeciudicialis causa quae hoc uerbo significatur.

IN tract. De iure fisci, cap. Sed & si. Sed si accepto
usu togae Romanae, ut ciues Rom. semper egerint. Accur-
sius ignorasse se hic ostendit quid sit toga: id enim ex eius
scholijs apparet, in cap. superiore. quare huius uocabuli
Toga. usum priscum enarrare latius instituimus. Toga gesta-
men erat proprium insigneq; Romanorum ciuium, ut pal-
lium erat Graecorum: unde togatae & palliatae fabulae di-
ctae ab Horatio, Diomede, & Donato. Tranquillus in Au-
gusto, Visa quondam pro concione palliatorum turba,
indignabundus & clamitans, En Romanos rerum domi-
nos gentemq; togatam. negotium Aedilibus dedit, ne quem
posthac pateretur in foro circo ue, nisi positus lacernis to-
gatum consistere. Sed togae uariis erat usus. nam togatus
Togatus. à Sagato & paludato distinguebatur, ut inermis ab arma-
to: & rursus à praetextato, ut uir à puero, & ut priuatus
Sagatus. à magistratu. Inde illud Cicer. Cedant arma togae. & Lu-
cani de Pompeio, Praetulit arma togae, sed pacem armatus
amauit. Cicero Philip. xiiii. Nam hoc quidem cum turpe
est, tum ne dijs quidem immortalibus gratum: ab eorundem

aris

aris ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discede-
re. Idē, Ne memoriae posteritatiq; prodatur, propter unius
ciuis periculum, populum Romanū ad saga iuisse: propter
eius salutem rediisse ad togas. Huc pertinet quod alibi de
tumultu diximus ex octaua Philippica, Tumultus enim
& toga ponebantur: nisi quod Consularibus solis togatis
esse licebat, cum caeteri essent in sagis: ut idem autor his
uerbis docet. Equidem Patres conscripti, quanquam hoc
honore usi togati esse solent, cum est in sagis ciuitas: statui
tamen à uobis caeterisq; ciuibus in tanta atrocitate tempo-
ris, tantaq; perturbatione populi Romani, non differre
uestitu. hoc honore usi (inquit) id est consulatu perfuncti.
De paludamento nos alibi diximus. De discrimine autem
togati & praetextati, ut uiri & pueri uel adolescentuli:
crebra sunt apud autores exempla, ut apud eundem Ci-
ceronem in Lelio, Ego autem à patre ita eram deductus
ad Scaeuolam sumpta uirili toga, ut quoad possem & lice-
ret, à senis latere nunquam discederē. Toga uirilis à pue-
rili distincta erat, quae praetexta appellabatur. de qua lo-
quens Macrobius in i. Saturn. ita inquit, Hinc deductus
mos, & praetexta & bulla in usum nobilium puerorum
usurparentur ad omen & uota conciliandae uirtutis. Idem
inferius, Libertinis uerò nullo iure uti praetextis licebat,
ac multominus peregrinis, quibus nulla esset cum Roma-
nis necessitudo: sed postea libertinorum quoq; filijs pra-
etexta concessa est. Toga uirilis etiam pura dicebatur: hoc
est, nullo purpureae praetextu distincta. Catullus ad Malliū,
Tempore quo primum uestis mihi tradita pura est: Iucun-
dum cum aetas florida uer ageret. Lucanus in principio
septimi lib. — pura uenerabilis aequae Quam currus ornate
toga

Praetexta.

Toga uirilis, et
toga pura.

Toga prætextata.

toga. Id est nec picta, nec triumphali, nec prætexta. Plinius lib. VIII. Cæcilia prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur nouæq; nuptæ, ἀπόρρυγον ἰμάτιον ἢ τέλειον. Cicero ad Atticum lib. VII. Habebamus autem in manibus Antonij concionem habitam x. Cal. Ianu. in qua erat accusatio Pompeij usq; à toga pura, id est, ab eius tyrociniò. Toga autem prætextata ideo dicebatur, quia togæ puerili purpura prætextata erat. unde prætextatus sermo, et mores prætextati. de quibus in superioribus diximus. Hac ueste posita toga uirilis sumebatur: ἰμάτιον ἀνδρείον. id quod anno decimo septimo fiebat, ut ex Tranquillo patet in Augusto, Quadriennio post uirili toga sumpta, militaribus donis triumpho Cæsaris Africano donatus est. Idem, Liberis Senatorum quo celerius Reip. assuescerent, protinus uirilem togam, latum clauum induere, et curiæ interesse permisit. Hic autem dies quo toga uirilis sumebatur, tyrociniū appellatur: unde tyrones fori dicti. eo enim die in forum deducti solenni comitatu, causis actitandis initiari solebant. Cuius instar quoddam est apud nos in Curia, cū adolescentes et iuniores curriculum studij iuris emensi, studijq; decus, docturæ insignia uel subdocturæ meriti, ἢ τοὶ διδάσκαλοι γενόμενοι, ἢ μετὰ διδάσκαλοι, iureiurādo adiguntur in sanctiones regias, in æquum et bonū, in officia atq; instituta patronis conuenientia, in curiæ cultū atq; obseruantia: tumq; demum admissi in numerū togatorū censentur, quibus causas suscipere agendas in eo cōfessu licet. Inde illud Vlpiani, in tract. de Postul. Minorem decem et septem annis Prætor prohibet postulare: quia moderatam hanc ætatē Prætor raturus est ad

est ad procedendum in publicum. Sed de tyrociniò nos alibi diximus. Græcè δλουμασία dicitur. Et quo modo Romani è toga uiri censebantur: sic Athenis ἐδλοιμάζοντο, id est, ἐς ἀνδρῶς ἐγράφοντο, ἢ ἐτάσσοντο ἐς ἀνδρῶς: quod et τελῆρ ἐς ἀνδρῶς dicitur. Erat etiam usus togæ in foro unde togati causarū patroni et actores dicti. indeq; toga pro oratoria facultate ponitur: ut Lucanus de M. Tullio, — cuius sub iure togæq; Pacificas seuus timuit Catilina secures. Sicq; illud ipsius Tullij auditur: Cedāt arma togæ, concedat laurea linguæ. Et illud Taciti: Cogitaret plebem quæ toga enitesceret: id est patrocinijs aduocationumq; officijs inclaresceret et ornaretur. Toga etiam alia ratione à prætexta distinguitur, Prætexta magistratū erat, honoresq; gerentium: quæ supra tunicam assumebatur, ut autor est Nonius. Vnde est illud Satyrographi, Veniet de plebe togati. Qui iuris nodos et legum ænigmata soluat, id est, de genere plebeio. Comites etiam anteambulonesq; togati erant, quod significatur illo eiusdem Satyrici loco in VII. Respicit hoc primum qui litigat: an tibi serui octo, decem comites post te: an sit sella, togati Ante pedes. Et itidem in primo, — nunc sportula primo Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ. Et apud Martialem in secundo, grex togatus. toga enim purpuræ seruebat. Vt apud eundem in decimo, Quid faciet pauper cui non licet esse clienti? Dimisit nostras purpura uestra togas. Id est, nunc non licet nobis officium uobis præstare, cū iam purpurati officijs præstandis successerint. Et toga pro officio ponitur ab eodem in eodem, Lis nūquam, toga rara, mens quieta. Plinius ad Apollinarem, Altius tibi ocium et pinguius, eoq; securius: nulla necessitas togæ: nemo accersitor ex proximo. Id quod ideo inualuit, quod ad officia præstanda

standa togati conueniebant. id est, ad deducendos, comitan-
dosq; amicos honoris gratia. Toga τήβεννος et τήβεννα di-
citur, utrunq; genere sceminino: & ἱμάτιον. Athenæus de
Antiocho, καὶ τὸν βασιλικὸν ἀποθέμενος ἐσθῆτα τήβενναν
ἀναλαβὼν, πρὶν εἶναι τὸν ἀγορᾶν ἀρχαιρεσιάζων. civilem to-
gam assumens. Alibi, χρυσοῦ φησὶ τήβενναν φορῶν dixit. Alij
τήβεννον & ἱμάτιον dicunt pro toga, quæ sic erat ipsa uiro-
rum, ut stola mulierum. Inde illud scommaticum in nobili
Philip. Sumpsi i uirilem togam, quam statim muliebrem
stolam reddisti. Hæc in templo Iouis Capitolini sumebatur:
quod ex Valerio lib. v. intelligimus: Hanc pietatē (inquit)
annulatus M. Cotta: eo ipso die quo togam sumpsit uirile,
protinus ut ē Capitolio descendit, & C. Carbonem, a quo
pater eius damnatus fuerat, postulauit, peractumq; reum
iudicio affixit. sic enim legere malim quàm pertractum.
Adnotandum id quod Acron & Porphyrio dicunt, to-
gas Romanas uel laxas uel arctas pro modo census fuis-
se. quod Horatius in prima epistola innuit his uersibus,
—mecum contendere noli. Stultitiam patiuntur opes: tibi
paruula res est. Arctæ decet sanum comitem toga: desine
mecum Certare. Quod autem de toga diximus, uirorum
tantum fuisse, alij uerum esse negant: argumentoq; sunt
ipsis Horatij illi uersus in pri. Sermonum, Rem patris ob-
liscare malum est ubicunq; quid inter Est in matrona,
ancilla pecces ue togata? Sed ut Horatij enarratores tra-
dunt, matronæ quæ à maritis ob adulterium repudiaban-
tur, togam accipiebant, sublata stola propter ignomi-
niam. At toga meretrici apta, scortaq; prostare cum to-
ga pulla solita erant, ut à matronis discernerentur. quare
adulterij damnatæ, ea ueste utebantur. indeq; illud Mar-
tialis in secundo de mœcha, Vis dare quæ meruit munera?

Toga uirilis.

Valerij locus.

Togæ femi-
næ.

mitte

mitte togam. Ibidem de spadone togato,

Thelyn uiderat in toga spadona:

Damnatam Numa dixit esse mœcham.

Alij togatas pro libertinis exaudire malunt: quia olim
libertinæ toga utebantur. Suetonius autor est Caligu-
lam Casarem Liuiam Augustam, cuius ipse pronepos
erat, Vlyxem stolatum appellare solitum. quibus uerbis

Vlyxes stola-
tus.

significatur stolam notam & indicem olim fuisse sceminæ
Romane. significabat enim Caligula Liuiam astutia
& calliditate parem Vlyxi uiro Græco fuisse. Rursus
toga multiplex fuit. Erat enim toga candida, quam pe-
titores magistratuum induebant: unde candidati diceban-
tur ipsi. Plinius in septimo naturalis histo. de Nasica, In
toga candida bis repulsa notatus à populo. Liuius in v i i.
belli Maced. Varia testimonia legatorum tribunorumq;
militum erant. M. Cato ante alios testes conspiciebatur: cu-
ius auctoritatem perpetuo tenore uitæ partam toga candida
eleuabat. Cicero in candida orationem habuit in Catili-
nam & Antonium competitores. De toga pura diximus,
quàm tyrunculi scenses assumebant tyrocini die. de qua
Cicero ad Atticum libro nono, Ego meo Ciceroni, quo-
niam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram
dedi: id quæ municipibus nostris fuit gratum. Toga pal-
mata uestis erat triumphalis, à palma in ea intexta. Mar-
tialis in septimo,

Toga candida.

Toga palmata.

I comes, & magnos illæsa merere triumphos,

Palmatæq; ducem sed cito redde togæ.

Toga picta uestis publica fuit summisq; magistratus. Ca-
pitolinus de Gordi. Palmatam tunicam & togam pictam
primus Romanorum priuatus, suam & propriam habuit
cum antè Imperatores & de Capitolio acciperent, uel

Toga picta.

de pa

de palatio. Lampridius de Alexandro, Prætextam & togam pictam nunquam nisi Consul accepit: & eam quidem quam de Iouis templo sumptam alij quoq; accipiebant aut Prætores, aut Consules. At toga pulla ab alba distinguebatur: pulla enim in funeribus utebantur, ut nunc atra ueste utimur: alba autem in epulo, uel publico, uel parentali: à quibus atrati albatiq; dicebantur. Cicero in Vatinius, Quæro quis unquã cenauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, ut illud munus sit funeris, epulae quidem ipse dignitatis. Sed omitto epulum populi Romani, festum diem argento, ueste, omni apparatu ornatuq; uisendo: quis unquam in luctu domestico, quis in funere familiari cenauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti præter te toga pulla data est? cum tot hominum milia accumberent: cum ipse epuli etiam dominus Quintus Arius albatu esset: tu in templum Castoris te cum Tito Fibulo atrato ceteris que tuis furijs funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit reipublicæ casum? Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum uideras? Albatum λευκόμενον αὐτὰ, atratum μελανόμενον αὐτὰ dixit. Tranquillus in Domitiano, Generum fratris indignè ferens, albatos & ipsum ministros habere proclamauit, δὲ ἀγαθὸν πολυνοίεσθαι. Horatius in 11. Sermonum, — licebit ille reposita, natales alios ue dierum Festos albatu celebret. quibus uerbis significatur albam togam hilaritatis indicem fuisse. Padianus in Præturam urbanam autor est prætextam nobilium fuisse tam mulierum quam uirorum. Cicero in eadem Præt. Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamenta non solum fortunæ, sed etiam ingenuitatis? Prætextam Cicero pupillæ tribuit: quam nubentes deponerent, inquit Festus. à qua prætextati & prætextate

Prætexta toga.

textate dicebantur pueri & puellæ ingenui & ingenue. qua dictione usus est autor Institutionum iuris, in tract. De iniurijs. Cicero rursus de pupillo quodam, Neque te tam commouebat quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla uenerat. uestitus enim neminem commouebat, quem illi mos & ius ingenuitatis dabat: quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indicium atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptum esse grauius homines ferebant. de bulla prætextatorum loquens. Prætextatos pro ingenuis intelligimus apud Tranquillum in Augusto, Maritis è plebe proprios ordines assignauit: prætextatis cuncum suum, & proximum pædagogis. τοῖς περιποροφόροις, ut Plutarchus in Publicola. Vnde prætextatus sermo, ut superius dictum est. Erat sua magistratuum prætexta. Liuius libr. v 11. ab Vrbe condita, Non patientibus Tacitū Tribunis, pro Consule uno plebeio tres patricios magistratibus curulibus sellis prætextatos tanquam Consules sedentes nobilitatem sibi sumpsisse. Tacitus lib. x 1 x. Sed ubi Cecinna prætexta & licetoribus insignis dimota turba consul incessit, exarsere uictores. Sic apud Cicer. pro Domo sua, Videte prætextatos inimicos. id est in magistratu positos. Et apud Plinium lib. xx 11. de Petreio, Prætextatum immolasse ad tibicinem. Prætexta dicta est ob id quòd purpura circumtexta erat: ob quod à Græcis περιπόροφος dicitur. cuius erat simile apud eos gestamē, παραλαργές. & ut apud Latinos prætextatorum appellatione honoribus præditi, sic apud eos τῶν εὐπαρύφων nomine intelliguntur. Ad ea quæ dicta sunt pertinet illud Plinianum in 1 x. de purpura Tyria loquentis, Hinc fasces securesq; Romanæ uiam faciūt: idemq; pro maiestate in pueritia est: distinguit ab equite curiam: dijs aduocatur placandis: omnemq; uestem illuminat: triumphali

Purpura. miscetur auro. Allusit enim his uerbis Plinius ad purpuram magistratum: & ad eam qua pudor ingenuitatis significatur, ut inquit Macrobius: et ad sacerdotalem prætextam, qua sacris operantes utebantur: & ad triumphalem, & ad latumclauum, quod insigne est senatoriæ dignitatis, discriminans senatum ab equestri ordine: eratq; non toga, sed tunica. De triumphali Tranquillus in Tyberio, Triumphum (inquit) ipse distulit moesta ciuitate clade Variana: nihilominus Urbem prætextatus & laurea coronatus intrauit. Lucius Valerius apud Liuium libr. 1111. de bello Macedonico in oratione quam habuit pro foeminis ius auri ac purpuræ postulantibus à Senatu, Marco Catone reclamante: Purpura (inquit) uiri utemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotijs: liberi nostri prætextis, purpura, togis utentur: magistratibus in colonijs municipijsq; togæ prætextæ habendæ ius est: nec id ut uiui solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo cremantur mortui. foeminis duntaxat usum purpuræ interdicemus? Quibus uerbis omnem prætextæ usum Liuius complexus, eo etiam amplius docuit eos qui in magistratu moriebantur, prætextatos in rogam ferri, cum prætextaq; cremari solitos esse Romæ. Ex Valerio autem intelligere datur hunc morem fuisse, ut prætor qui iudex questionis & quæstor rerum capitalium dicebatur, ut supra ostendimus, non antè sententiam in reum noxæ capitalis pronuntiaret, quàm prætextæ exuta. Sic enim inquit lib. 11. Consimili impetu mortis Caius Licinius Macer, uir prætorius, repetundarum reus: dum sententiæ dicerentur, in Menianum conscendit. Siquidem cum Marcum Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem uidisset: misit ad eum qui diceret se non damnatum sed reum perijsse, nec sua bona

*Prætextæ à præto-
re ponebatur,
cum sententiam
capitalem pronun-
ciaturus e-
rat.*

hastæ

hastæ posse subijci. ac protinus sudario quod fortè in manu tenebat, ore & faucibus suis coarctatis, incluso spiritu morte poenam præcurrit. Prætextæ autem pulla nulli licebat uti autore Festo, nisi qui funus faciebat. quæ haud scio an alia fuerit à toga pulla, de qua satis dictum est. Postremò hic addendum quòd prætextati ludos spectabant, ex Cicerone: qui in illa Philippica, admiranda simul & capitali, Quæro (inquit) deinceps num hodiernus dies qui sit ignores? nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur? Cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsaris tua lege datum deseripatimur? De quo tamè addubitare me facit locus Plutarchi in Catone Minore: quo in loco Plutarchus ait Catoni è Cypro redeunti præturam extra ordinem à senatu esse concessam, & ius ludos spectandi prætextato. Sic enim inquit, ἦ τε βελὴ ἐν ἡφίστατο τῶν Κάτωνι στρατηγῶν ἐξαιτεροῦ δουλιῶναι, καὶ τὰς θεὰς αὐτὸν ἐρῆσθῆτι ὁρίσασθαι θεάσασθαι. ubi interpretes purpuream uestem transtulit ὁρίσασθαι. ut fortasse apud Ciceronem legendum sit, Cur nunc sumus prætextati? Accedit quòd apud Græcos non licebat ludos spectare in ueste colorata, ut Lucianus ostendit in dialogo qui Nigrinus inscriptus est, Ἀμφότερα γὰρ τινὰ τῶν πολιτῶν ἀγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην τῶν παναθηναίων, ὅτι βαπτῶν ἐχωρῆθεωρεῖ. Lazarus Baius uir eximia eruditione in utraq; lingua præditus, nobis iandudum in aula agentibus, librū abs se cōpositum ostendit de uestibus Romanis. cuius cum unam atque alteram chartam in præsentia legissem: coniecturam ex illis eiusmodi in totum opus feci, expectationem ut excitare potuerit non mediocrem ijs qui rerum antiquarum studio oblectantur. Is liber si

*Prætextæ pal-
la.*

*Prætextati lu-
dos spectabant.*

ll 2 aliquan

aliquando exierit, ea (ut opinor) quæ de toga diximus, clariora explicatioraq; faciet. est enim Lazarus Latine Græcæq; cōpositioni aptus: nomenq; ut spero, Francicum ea facultate illustraturus. Verùm ad rem tandem ut redeamus, atque ad Iurisconsulti responsum: quibus hominibus uti toga Romana licebat, ij ut ciues habebantur. nam qui ciuitatem Romanam amittebant, usum quoq; togæ amittebant. Plinius lib. 1111. Epistolarum, de Liciniano loquens uiro pratorio, qui post damnationem profiteri Rhetoricæ cœperat in exilio, Is (inquit) cum Græco pallio amictus intrasset (carent enim usu togæ, quibus aqua & igni interdictum) postquam se composuit, circumspexitq; habitum suū: Latine (inquit) declamaturus sum. Suetonius in Claudio, Peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui contentione, togatum ne an palliatum dicere causam oporteret: quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitū sepius & prout accusaretur defendereturq; iussit.

IN tract. De capti. & postl. reuers. in cap. Postliminiū. Nam si cum gente aliqua neq; amicitiam, neq; hospitium, neq; fœdus amicitie causa factum habemus: hi hostes quidem non sunt. Quia hospitium quid sit, hoc in loco Accursius non intellexit: sciendum antiqui instituti fuisse, ut hospitij necessitudo non modò inter priuatos, sed etiam inter populos contraheretur: neq; id quidem modò, sed etiam inter singulos priuatosq; homines & ciuitates. quod genus amicitie Græci προσενία, Latini hospitium publicum uocauerunt. Nam quod hospitium inter priuatos contraheretur, Græcè ἰδιόθενία, Latine priuatum hospitium dicebatur. cuius erat nota pignusq; tessera hospitalis: ut ille apud Plautū ait in Pœnulo, Deum hospitalem & tesseram mecum fero. Et in Cistel. Abi quærere ubi tuo iurijurando satis

Hospitium publicum.

Tessera hospitalis.

satis fiet subsidij: hic apud nos iam fidei confregisti tesseram. Lucianus, Οὔτε Ἀργαυαίτων προξενῶν, οὔτε ἰδιόθεν ἄντ' ἑ φαλάειδι. Demosthenes in illa nobili oratione pro Ctesiphonte, obiicit Aeschini quòd legatos quosdam Philippi hospitio suscepit, & quòd hospitij ius cum eis contraxerit. καὶ τὸ προξενεὺς αὐτῶν. Liuius lib. v. ab Vrbe condita, de Timasitheo Liparenfi loquens: qui legatos Romanos hospitio exceptos, ac Delphos usq; deductos, retrò in urbem hospites reduxerat: Hospitiū (inquit) cum eo senatusconsulto factum est, donaq; publicè data. Idem lib. v 11. de bello Macedonico, Princeps legationis expositis inijtis amicitie cum Populo Romano meritisq; Rhodiorum, Nihil, inquit, nobis tota nostra actione Patres conscripti, neque difficilius, neque molestius est, quàm quòd cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo uno maxime regum & priuatum singulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati nostræ hospitium est. Cicero in Verrē acti. ultima, de Senatu Syracusano loquens, Decernunt statim ut fratri meo hospitium publicè fieret: quòd is eandē uoluntatē erga Syracusanos habuisset, quam ego semper habuissem. id non modo tum scripserunt, uerum etiam in ære incisum nobis tradiderunt. Cæsar de Hedujs loquens, Quibus prælijs calamitatibusq; fractos, qui & sua uirtute & Populi Romani hospitio atq; amicitia plurimum antè in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare. Arctum autem necessitudinis huius fuit olim uinculum, atque etiam diuini numinis reuerētia sanctum, quod iuris huius disceptationi præfecit antiquitas, Iouem hospitem appellans & inuocans, quasi hospitij præsidem & uindicem. Græci ξενίου & ἐπέσιου dicunt, quasi contubernale aut larariū. Cicero in Verr. proxime citata, Pater

Ius hospitij.

Iupiter hospitalis.

aderat Dexio Tindaritanus, homo nobilissimus hospes tuus: cuius tu domi fueras, quem hospitē appellaueras. eum cum illa autoritate & miseria uideres præditum, non te eius lacrymæ, non senectus, non hospitij ius atq; nomen à scelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit? Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro: qui Sthenium absentem hospitem suū in reos retulerit? Idem in Verr. III. hospitij necessitudinem arctissimam appellat. In cuius locum hodie successit populorum quorundam instituto affinitas mystica, quæ lauacro initiali contrahitur natali innocentia hominū beatricis. Cuius necessitudinis iura intercedunt non modò expiantibus cum expiatis: sed etiā expiationis arbitris atq; nuncupatoribus inter se, & inter nuncupatos eorumq; parentes. nullam enim perfidiam sceleratiorem illi merito esse censent, quàm quæ in eum uel ab eo cōcipitur & admittitur, quem quis ob id delegit & accersit, ut filium suum aut filiam tolleret, nascendi conditione æternæ neci miserandæq; expositum. Præclarum uerò erat & dignitatis plenum, quod Cicero de Senatoribus Rom. inquit in quinta in Verr. act. his uerbis, Ecquæ ciuitas est non modò in prouincijs nostris, uerum in ultimis nationibus, aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam immanis ac barbara: rex denique ecquis est, qui senatorem Populi Romani tecto ac domo non inuitet? qui honos non homini solum habetur: sed primum Pop. Rom. cuius beneficio nos in hunc ordinem uenimus: deinde ordinis auctoritati, qui nisi grauis erit apud socios in exterisq; nationes, ubi erit imperij nomen & dignitas? Mamertini me publicè non inuitauerunt. Me cum dico, leue est. senatorem Pop. Rom. si non inuitauerunt, honorem debitum detraxerunt. Hospitij autem publici

De Senatoribus Romanis.

publici, cuiusmodi in hoc cap. fit mentio, memorabile est exemplum apud Herodotum in sexto, qui Ἐπαρὼ ab eo inscriptus est. de Milesiorum enim euerfione loquens ita inquit, Milesijs autem in hunc modum à Persis affectis, Sibaritæ qui urbe sua exacti Laum & Scidron incolabant, gratiam parem non rependerunt. Siquidem Sybaritæ clim capta à Cratoniatis, Milesij omnes puberes capitane rastrore institerunt, ingentemq; luctum præferre ob calamitatem Sybaritarum. duæ enim illæ ciuitates omnium quas nouimus, maxime inter se hospitio coniunctæ fuerunt. Non sic autem Athenienses ut Sybaritæ: qui cum manifesta alioquin indicia condolefcentia multifariam eam ob causam dedissent, insuper Phrynico tragœdiam, de Mileto capta scribente, per Senicosque edente, cum theatrum ipsum in lacrymas uersum esset, ipsi Athenienses poematis auctorem mille drachmis mulctauerunt, tanquam proprias eorum calamitates commemorasset.

Hospitium inter Milesios & Sybaritas.

Q V O D sequitur in eodem cap. De Menandro interprete, latius narratur à Marco Tul. in oratione pro Cornelio Balbo his uerbis, Ius omne mutandæ ciuitatis non solum in legibus publicis positum est, sed etiam in priuatorum uoluntate. Iure enim nostro neque mutare ciuitatem quisquam inuitus potest: nec si uelit mutare, non potest: modo asciscatur ab ea ciuitate cuius esse se ciuitatis uelit. ut si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, ut sit is ciuis Gaditanus, magna potestas sit nostro ciui mutandæ ciuitatis: nec fœdere impediatur quominus ex ciue Rom. ciuis Gaditanus possit esse. Duarum ciuitatum ciuis noster esse iure ciuili nemo potest: non esse huius ciuitatis ciuis qui se alij ciuitati dicarit, potest. Neque solum dicatione (quod in calamitate clarissimis uiris Q. Maximo, Q.

ll 4 Philip

Philippo Nuceriae, C. Catoni Tarracone, uidimus accidisse: ut carum ciuitatum fierent ciues: hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solum ciuitatis mutatione uertissent) sed etiam postliminio potest fieri ciuitatis mutatio. Neque enim sine causa de Gn. Publ. Menandro libertino homine, quem apud maiores legati in Græciam proficiscentes interpretem secum habuere uoluerunt: ad populum latum ut is Publicius si domum reuertisset, & inde Romam redisset, ne minus ciuis esset. Ex uerbis tam Ciceronis quàm Pomponij intelligendum datur Menandrum genere Græcum, seruum hominem fuisse: qui cùm libertatem publicè priuatim uel meruisset, factus est ciuis Romanus, cùm liberti patronorum originem sequantur. deinde ut interpretis munere fungeretur, cum legatis Romanis linguae tum Græcæ ignaris profectum esse. Verùm in hoc Menandro rogationem necessariam fuisse Cicero censet & affirmat: ne postliminio in ciuitatem suam redisset uideretur, sicq; ciuis Romanus esse desineret. Pomponius contra superuacaneam fuisse dicit: nimirum ut Iurisconsultus de iure respondens: Cicero ut causæ patronus & causæ inseruiens. Intelligo autem Menandrum origine liberum captiuitate seruum fuisse. aliàs ut seruus ciuitatem non habuisset in Græcia, nec in eo postliminium ualisset. quanquam Cicero libertinum eum uocat, quasi liberti filium. si quidem uerum est id quod Tranquillus in Claudio de antiqua huius uocis significatione scripsit. Quoniam uerò hic de iure ciuitatis agitur, addam id quod idem Tullius superioribus uerbis subdidit: Atqui ceteræ (inquit) ciuitates omnes non dubitarent nostros omnes recipere in suas ciuitates, si idem nos iuris haberemus quod ceteri. Sed nos non possumus & huius esse ciuitatis, & cuiusuis

præterea

præterea: ceteris concessum est. Itaque in Græcis ciuitatibus uidemus Athenis Rhodios, Lacedæmonios, ceteros undique ascribi, multarumq; esse eosdem homines ciuitatum. quo errore ductos uidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros ciues, Athenis in numero iudicum atque Arcopagitarum, certa tribu, certo numero: cùm ignorarèt, si illam ciuitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. peritus uerò nostri moris ac iuris nemo unquam, qui hanc ciuitatem retinere uellet, in aliam se ciuitatem dicauit.

IN eodem tract. cap. Non dubito. Non dubito quin fœderati & liberi nobis extranei sint. Lego extranei uel externi non sint, contra fidem exemplarium: ut sensus consentaneus sit. hoc est, ut liberi & fœderati exterarum gentium nomine nō censeantur, inter quas & populo Romano erat ius postliminij. Fœderati sunt, non (ut Accursius censuit) quibuscū induciæ factæ sunt: sed ij cum quibus populus Romanus amicitiam coierat, sociosq; appellabat. Liberi dicebatur populi, qui in prouinciæ formam non erāt redacti, quiq; nihil Romanis pensitabāt. Qui autē certis conditionibus pactisq; pensionibus in amicitiam uenerāt, ij stipendiarij uocabantur. Plinius lib. II. de Hispania citeriore loquens, Prouincia (inquit) ipsa CCCXIII. continet oppida. In his colonias XXI. oppida ciuium Romanorum XIII. Latinorum ueterū XVII. fœderatorum unum. stipendiaria CXXX. Et de Betyca, Oppida (inquit) habet Latio antiquitus donata CXXIX. libertate sex: fœdere tria. stipendiaria CXXX. Idem autor Aruernos in Gallia, Sanctones & Bituriges liberos fuisse tradidit. Sueton. Tranquil. in August. Romæ legatos sociarum liberarumq; gentium uetuit in Orchestra considerare: cùm quosdam etiam

Fœderati.
Liberi.
Stipendiaria.

II 5 libert

libertini generis mitti deprehendisset. Et in Calig. de Germa. Cæsare, Domi forisq; ciuilis, libera ac foederata oppida sine licitoribus adibat. Quibus uerbis significat modestiores pop. Rom. magistratus non esse solitos cum fascibus insignibusq; magistratuū, quasi imperiosè uersari inter socios & foederatos. quod Proculeius hoc in loco significat, cum inquit: Liber autem populus est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est: siue is foederatus est, siue non foederatus est. hoc enim membrum deesse hic mihi uidetur, atque restituendum. Quidam enim liberi & foederati erant: quidam liberi tantum: ut ex dictis citatisq; locis liquet. Quoniam uerò nō semper æquis conditionibus externæ gētes in populi Rom. amicitiam admittebantur: ideò illa uerba adijciebantur, quorum hic meminit Proculeius, Vt is populus populi Rom. maiestatem commiter conseruaret. hoc est obsequium obseruantiamq; liberis non indignam, nec indecoram imperio Romano populoq; benignè exhiberet: & ut comiter obsequiosum se ille populus populo Romano præberet, curaretq; ut imperium semper penes Romanos esset. Hoc enim ferè significant illa uerba, ut in superioribus ex Ciceronis loco explicuimus, in illa oratione pro Cornelio, cum hoc uerbum Maiestas enarraremus. Hic autē non conseruaret, sed conseruet legendum. quod uerbum in foederibus imperandi modo concipiebatur, si Ciceroni credimus, ut significaretur imperium retineri ab eo populo qui obseruandus erat. Imperandi enim modo lex uti solet: ut sunt illa in x i i. tabu. Magistratus nec obedientem & nocuum ciuem multa, uinculis, uerberibus ue coërcento. Militiæ ab eo qui imperabit prouocatio ne esto. Comiter etiam non communiter, ut Accursius adnotauit, legendum esse ex Cicerone

Populi Romani
maiestatem comiter
conseruare.

Imperandi modo
usus.

cerone patet. De imperandi modo quod diximus, ex L. uio etiam probatur lib. v i i i. de bel. Maced. Diu iactati (inquit) Aetoli tandem ut ad conditiones pacis conuenirent, effecerūt. Fuerunt autem hæ: Imperium maiestatemq; Populi Romani gens Aetolorum conseruato sine dolo malo. Nequem exercitū qui aduersus socios amicosq; eorum ducetur, per fines suos transire finito. Eosdem hostes habeto quos Populus Romanus: armaq; in eos fert.

Sequitur inferius, Et quæadmodum clientes nostros intelligimus liberos esse: etiam si neq; autoritate, neq; dignitate, neque uiri boni nobis præsunt. quod corruptum esse facile est intelligere, & Accursius uidetur intellexisse: sed quomodo sit emendandū, non perinde est in promptu. Ego sola coniectura adducor, ut ita locum legam: Etiā si neque autoritate, neque dignitate, neque iure omni nobis pares sunt. Clientes autem intelligo prouinciales uel Italicos populos, qui se in clientelam dabant proceribus Romanis. de quibus Cicero in Diuinatione, Clarissimi uiri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumq; ducebant, ab hospitibus clientibusq; suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia Populi Romani ditioneq; essent, iniurias propulsare, eorumq; fortunas defendere. & reliqua. quæ Cicero longius prosequitur. Ferebat autem eiusmodi necessitudo, ut clientes patronorum auxilijs & suffragatione, Romæ, caput ad fortunas suas bonaq; omnia sua tuerentur & uindicarent: rursusq; ut patroni à clientibus suis omni obsequio liberali obseruantiaq; colerentur. Quod ius non personale modo, sed etiā hæreditarium erat atq; gentilitium, ut autor est Cicero ibidem, & lib. x i i. Epistol. Silio scribens, Quare si te (inquit) fautore usus erit, amplissimas clientelas acceptas à maioribus

Clientes.

maioribus confirmare poterit, & beneficijs suis obligare. Idem ad eundem, Præterea cum socijs scripturæ mihi summa necessitudo est: non solum ob eam causam quod ea societas uniuersa in mea fide est: sed etiam quod plerisque socijs familiarissimè utor. In mea fide est: id est in meo patrocinio. Legimus apud Cæsarem in 11. de bello civili, magnas fuisse Pompeij clientelas in Hispania. Fuerunt & clientele priuata *πελατῆαι*, à Romulo institutæ, quarum meminit Plutarchus in eius hist. Sed de clientelis satis in superioribus diximus. Clientes à Græcis *πελάται* & *θεραπῶντες*: Patroni *προστάται* dicuntur, & *πάτρονες*. Quod autè dicitur in fine huius capituli, At si fuerint apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus: ideo adiectū est, quod Romanis magistratibus in liberos populos ius dicere nō licebat. Quare Cicero de L. Pisone loquens in oratione de prouincijs consularibus, Omitto (inquit) iurisdictionem in libera ciuitate contra leges senatusq; consultum. Et paulò inferius, Emisti grandī pecunia à fœdissimo tribuno pleb. ut tibi de pecunijs creditis dicere liceret ius in liberos populos contra senatusconsultū, & contra legem generitui.

IN eodem tract. De captiuis, cap. Quod si filius. Ex quo pater hostium potitus est. Lego hostiū potestati subditus est. Cui lectioni Accursius astipulatur. Et in cap. sequenti. Item in pace qui peruenerunt ad alteros, si bellum subito exarsisset, eorum serui efficiuntur, apud quos iam hostes suo factō deprehenduntur. Sic legit Accursius, sed absurdè. Legendum igitur suo fato.

IN cap. Postliminium. §. Filius. Quia disciplina castroꝝ antiquior fuit parentibus Romanis quàm charitas liberorum. Accursius hic deceptus est homonymia: ideoq; perper

perperam intellexit liberorū charitatem posteriorem tempore fuisse disciplina militari. quod perinde absurdum est, elemētisq; iuris absonum, atq; si ius naturale posterius esse & recentius iure gentiū dixerit. Antiquius enim nō modò *Antiquius.* uetustius, sed etiā potius ac uenerabilius significat. Fabius in 1111. Vt in armorum ratione antiquior cauendi, quàm ictum inferēdi cura est. Antiquiorē curam dixit, quæ prius animū occupat, id est potiorē. Sic Plinius ad Caluissium, Saturninus qui nos reliquit hæredes, quadrantē Reipublicæ nostræ, deinde pro quadrante præceptionem quadringentorū miliū dedit. hoc si ius aspicias, irritū: si defuncti uoluntatē, ratum & firmū est. mihi autem defuncti uoluntas (ue reor quam in partem Iurisconsulti quod dicturus sum, accipiant) antiquior iure est: utiq; in eo quod ad communem patriam uoluit peruenire. id est, indulgere ego potius testatoris iudicio cōstitui, quàm iuris uti exceptione: uidelicet quod Respublica hæres institui iure nequeat. Cicero ad Atticum lib. x. Itaque qui nunquam egit ut Hispaniæ per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima *Antiquissima.* cura fuit. id est, potissima & cordi in primis fuit. Hoc à *num.* Græcis sumptum est, apud quos ad uerbum dicitur, τούτῃ τῶν ἐπιμέλειαν τῶν πασῶν μάλιττα ἐπρέσβουε. ut Synesius, ἐ φιλοσοφία πρεσβύτη οἰδερ ἀπάθειαν αὐτῶν, αἰ μέσαι ἢ ἔξῃς εἰς μέγιστῶν ἰσανται, τῶν ἀπὸ πρώτων πᾶσι χώρας τάξομεν. Id est primo loco ponere & antiquissimum ducere. Tranquillus in Vespasiano, Per totum imperij tempus nihil antiquius habuit, quàm nutantem Rempublicam stabilire. ἡν πρῶτον αἰτῶν ἠκίστατο: uel ἡν προτιμότερον: uel ad uerbū, ἡν πρεσβύτερον ἔσχεν. Herodotus in v. τὰ γὰρ θεῶν πρεσβύτερα ἐποιοῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων. res diuinas antiquiores humanis habuerūt: id est præuer

prauertendas & potiore cura prosequendas. Inde apud Homerum in Odyss. Νέσορ & Εὐρυλίχη πρέσβα Κλυμένηοιο θυγάτηρ. ἢ πρέσβεια καὶ ἐντιμοτάτη. Sic in libro de diuinis nominibus Dionysius, summos angelorum ordines πρεσβυτάτας διωάμεις uocat. Et presbyteri non tam seniores quam prudentia & grauitate uenerabiliores significantur Græco uocabulo ab ipsis parum intellecto; qui ea appellatione censentur. Et eorum (si diuis placet) quosdam non pudet pro concione dicere atque uociferari, linguæ Græcæ ignorationem quasi sanctissimæ atque innocentissimæ doctrinæ rudimentum & exordium, summo-pere amplectendam ac profitendam: usque adeo stomachum rusticitatis semper offendit, non nitor modo atq; elegantia, sed etiam germana rerum incorruptaq; natura. Antiquior igitur fuit Romanis parentibus cura Castrensis disciplina, quam liberorum indulgentiæ: ut Manlio illi Torquato.

IN cap. Desertorem, sub titulo, De re militari, due sunt mendæ minutulæ, nec tamen conuiuentia præmittendæ. Prior est in §. Is qui exploratione emanet hostibus insistentibus: aut qui à fossato recedit, capite puniendus est. Addenda particula in: ut sit, in exploratione: & fossa legendum, non fossato: ut sit, qui à fossa tum recedit. Capitalem (inquit) animaduersionem meretur qui explorandi prætextu, cum hostes castris instarent, aut exercitū uergerent, à re gerenda & prælio absuit: aut cuius culpa cum exploratum missus esset, hostes exercitum improviso oppresserunt. Quod Accursius malè intellexit de eo qui ab hostibus exoratus emansit: itē qui pro uallo aut fossa collocatus, stationem & locum non tenuit. Altera mendæ unius literæ, sed responsi sententiam immutans.

IN

IN §. In bello. In bello qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite punitur, etiam si res bene gesserit. Sic Bartolus post Accursium legit. Ego uerò non gesserit, sed cesserit lego. καὶ ἐπιτύχη. Id est, etiam si exitum rei felicem sors dederit. καὶ ἐὶ δὲ τυχοῖτο τὸ πρᾶγμα. alioquin Iurisconsultus dixisset, Etiam si rem bene gesserit, id est egregiè pugnauerit. Aliud est enim rem gerere, id est pugnare: & aliud res gerere. ut Plinius libr. ^{Rem gerere, & res gerere.}

II. In Arabico sinu res gerente Cesare Augusti filio, signa nauium ex Hispanië sibus naufragijs sunt agnita. id est belligerante. Idem in v. Scipione Aemyliano res in Africa gerente, Polybius annalium conditor ab eo accepta classe, scrutandi orbi illius gratia circumuectus est.

IN §. Proximo. Et cum multi milites in aliquod flagitium conspirent, uel si legio deficiat, auocari militia solent. Accursius hunc locum inscitè interpretatus est, ignorans interdum integras legiones exautorari solere. Cuius instituti exemplum est apud Lampridium in Alexandro, qui de ^{Legiones exautorata.} exautorata una legione loquens, ita inquit, Cum nihilominus post ista fremerent, exclamauit: Quirites discedite, atq; arma deponite. mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, nō ad castra, sed ad diuersoria uaria discesserunt. Et paulò post, Eam tamē legionem quam exautorauerat, rogatus post dies triginta: priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo restituit. Cui simile est illud Cesaris apud Lucanū in v. Phars. Tradite nostra uiris ignaui signa Quirites. Et quod sequitur, Iam certè mihi bella geram: discedite castris: Tradite nostra uiris ignaui signa quirites. Quirites enim eos appellantes, significabant non esse milites, sed ciues tantum Romanos & paganos iam esse. Olim autem cum exercitus

uniuer

uniuersus peccauerat capitaliter, legiones decimabantur.

IN cap. Qui cum uno. eodem sub titul. §. Non omni-
Non omnis qui litem habuit, & ideò militauerit, exautora-
ri iubetur: sed qui eo animo militiæ se dedit, ut sub obtentu
militiæ pretiosorem se aduersario faceret. Lego præcisio-
rem, id est duriorē & intractabiliorē. Et imitatione Græ-
corum id tractum est, ut pleraque Latinorum. ἀπότομοι

Præcisum, præ-
fractum, abru-
ptum.

Latini, & præfractum, & præcisum, & abruptum dicit,
atq; etiam abscissum. Quintilianus in x. Qui præcisus cō-
clusionibus obscuri, Sallustium atq; Thucydidem superant.
Et in vii. Præcisam uerborum comprehensionem, appel-
lant diffinitionē dialecticā, quæ difficilior est tractatu ora-
toria finitione. Gellius, Obscurè hoc & præcisè dictum.
Metaphora inde (ut opinor) tracta, quòd quæ præcisæ sunt,
ea sunt iusto concisiora & breuiora, indeq; obscuriora: uel
à saxi præruptis, quæ ἀπόρημα dicuntur, unde descen-
sus durior est. Valerius lib. ii. Aspero enim & abscisso ca-
stigationis genere militaris disciplina indiget. Idem lib. vi.

Abscissum.

molle.

Refractarium.

Sed aliquāto Charodæ Tyrij præfractior & abscisior in-
stitia ad uim & cruorem usque. Liuius lib. xxv. Nec fer-
mè quicquam satis arduum aut abscissum erat, quod hosti
aditum ascēsum ue difficilem præberet. Abscissum pro ab-
rupto & prærupto dicit. cui contrarium est molle: ut So-
la uiri molles aditus & tempora noras. apud Vergiliū. Et
mollis cliuus, & mollire cliuum, & molle fastigium: qui-
bus Cæsar utitur. Nō absimile est refractarium: quod non-
nulli quibus iusto maior incesit (mea quidem sententia) pu-
rè & inculpate loquendi religio, eximere Latine lingue,
ut multa alia, uolunt. Est enim & ipsum à Græcorum imi-
tatione tractum. nam quo modo illi ἀντίτροπος, uel ut alij

ἀντί

ἀντίτροπος, τὸ γερρόν καὶ ἀνένδοτον dicunt: sic Latini re-
fractarium, quasi repercuiens ad tactum & reluctans. Ci-
cero ad Atticum lib. ii. Fuit enim mihi commodum, quòd
in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enituerit il-
le tuus ciuis Demosthenes: & quòd se ab hoc refractario-
lo dicēdi iudiciali genere abiunxerat, Vt σεμνότερον & καὶ
πολιτικώτερον & uideretur: curare ut meæ quoq; esēt ora-
tiones quæ consulares nominarentur. Non pauca & alia
sunt quibus ille autor in epistolis usus est & libris philoso-
phicis: ut Pendeo animi expectatione Corfiniensi, ad Atti-
cum. & alibi, ut decussare, rotundare, & sesquitercium,
sesquialterum, sesquiquartum, & ulteriora: quæ Latina
esse negatur à uiris alioqui de lingua Latina egregiè me-
ritis: fortasse quia uno in opere Ciceronis leguntur. Quòd
si una & altera eius autoris charta interciāisset, ut multa
opera interciderunt: tantum iacturæ Romana lingua for-
tunæ iniuria fecisset. Nam quòd illud eiusdem de Oratore
laudant in sententiæ suæ testimonium: Pes enim qui ad-
hibetur ad numeros, partitur in tria: ut necesse sit par-
tem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto,
aut sesquimaiorem: quasi sesqui semissem significet siue
dimidium. Ego eos falli puto mendosa lectione, itaque ef-
se legendum: Aut altero tanto maiorem aut sesqui. id quod
indican ea uerba quæ sequuntur: Ita fit (inquit) æqua-
lis dactylus, duplus iambus, sesqui pæan. Sesqui, ut opinor,
ἡμιόλιον dixit hoc sensu: ut pes duplus sit qui altero tan-
to maior est in secunda sui parte: qui autem non altero tan-
to, sed dimidio maior est, sit sesqui. Nam sesqui maiorem,
ut dixerit Cicero, mihi persuadere non possum. Abscissum
igitur Callistratus Iurisconsultus pro fixo & certo po-
suit, in quo euariare non licet. Demonstratur (inquit) uariè

m m

nec

Præcisè.
Præcidere.

nec abscisse, numerum liberorum ad excusationem munerum municipalium prodesse, id est, qui numerus munerum immunitatem præbet, nec status nec fixus est. Hoc usitatius præcisè dicitur: & præcidere uerbum in ea re commodius est. Cicero in Acad. Stoicis placet peccata esse paria: at Antiocho hoc uehementissimè displicet. Liceat tandem considerare utram sententiam sequar. Præcide, inquit: statue quidlibet: & desume utrum magis probes. ἀπόεισος, ποσολίβησαι. Est enim, ut opinor, translatio à fabrilimore ducta. nam fabri quod defecare ferra uolunt: prius lineam ducta signant & præcidunt. uel à more uestem lineam sericam uel uenditantium. quod enim emptori addixerunt & admensi sunt, prius leuiter incidunt quatenus mensura procedit, deinde abrumpunt: quando ita fert natura uestis, ut secundum præcisuram rectis lineis dirumpatur. Præcisè pro durè, & præcidere pro durè negare. Idem ad Atticum libro V I I I. Quibus literis ita respondit Dionysius tuus, ut ego meminì cuius causam non reciperem, nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcisè negaui, quàm hic mihi. planè sine ulla exceptione præcidit: nihil cognoui ingratius. Et libr. x. de eodem loquens, Quod quia planè cum in Formianum uenisset præciderat, asperius ad te de eo scribere solebã. ἀποτόμως δὲ ἐφῆ ποιήσειν, ἕξαρν & μὴ ποιῆν ἀποτόμως ἐγεγόναι. Vernaculo prouerbio dicimus postulati uel expectationis epistomium abscindere, metaphora à uasis uinarijs tracta: hoc est spem rei præcidere: ut Præcidere defensionem, præcidere reditum, & alia quibus Cicero ipse uitur. ut in Pisonem, Sed de reditu Gabinij omittamus, quem ipse sibi præcidit, ἢ αὐτὸς ἑαυτῷ ὑπετέμετο.

IN eodem cap. S. Grauius. Grauius autem delictum est detre

est detrectare munus militiæ quàm appetere. Nam qui ad edictum olim non respondebant, ut proditores libertatis in seruitutem redigebantur. Sed mutato statu militiæ recessum à capitis pœna est: qua plerunq; uoluntario militi numeri supplentur. Legendū milite in ablatiuo. Sed quoniam huius dicti sensum Accursius non intellexit: silentio prætereundam tam minutam mendam non censuimus. In superiore responso dictum est, in eos uindicandum, qui ad desertionis pœnam uitandam in aliam Centuriam legionem uel allegi se passi sunt. Hic autè dicit maiori olim crimini datum esse militiã detrectare, hoc est fugitare, ut superius explanauimus: quàm militiam contra ius affectare. nam qui uel in tumultu, uel in alio genere belli suscipiendi nominatim in tribu sua citati ab eo qui delectus potestatem habebat, non respondiissent: ij libertate multabantur, ut libertatis proditores, id est status popularis, qualis erat Romæ ante Cæsarem dictatorem. Postea auctis militiæ cõmodis, ratio delectus habendi immutata. Plerunq; enim non nisi uoluntarij milites centuriatim allegebantur, id est ὁ ἐβελοντηδὸρ στρατοῦμοι. Est autè respondere ad edictū, ἀπαντᾶν πρὸς τὸν κατὰ λόγον, πρὸς τὸ παράγγελμα ἀπαντᾶν. quod respondere ad nomē dicitur. Lilius lib. VII. Acerbitas in delectu, nō damno modò ciuiū, sed etiam laceratione corporū lata, (partim uirgis caesis qui ad nomina nō respondiissent, partim in uincula ductis) inuisa erat. Inde dare nomen militiæ, est ad delectum sese exhibere. Cicero in Philip. Re & ueritate nobis milites sine ulla recusatatione summo etiã cum studio nomina dant. ἑαυτῶς ἐνδιδόασιν ἀπογράφειν. Numeri militares uocari cœperūt, quæ cohortes legionesq; prius uocabātur, propterea quòd Græci κατὰ λόγον uocabant τὰ τάγματα: & qui supra

Respondere ad
edictum, & ad
nomen.

Dare nomē mi
litie.

m m z numer

numeros aut extra numeros essent, ἐκτᾶτοι appellantur, quasi extra uel supra numerum accenturiati: uel ut Polybius uocat, ἐπίλεκτοι. Tranquillus in Claud. Equestris militias ita ordinauit, ut post cohortē, alam: post alam, tribunatum legionis daret: stipendiaq; instituit & imaginaria militiæ genus, quod uocatur super numerum: quo absentes & titulo tenus fungerentur. Maior est Latinitatis ignorantia illa Accursij in cap. sequenti. §. Qui captus: in his uerbis interpretādis: Item qui in præsidio captus est, in eadem conditione esse certum est. Ignorauit enim præsidium significare numerum & stationem militum ad urbis uel arcis custodiam destinatorum: licet etiam in uniuersum ἐπικέρημα & ἀσφάλισμα significet, & φυλακτήριον, atq; πρὸ βλήμα: in plurali uerò partes & castra. ut Cicero pro Ligario, Dic te Cæsar de factō Ligarij iudicē esse: quibus in præsidij fuerit quære. Idē, Languidiore, credo, studio in causa fuistis: tantūmodò in præsidij eratis: animi uerò à causa abhorrebāt. μόνον ἐν τῇ μερίδι ἐτυγχάνετε ὄντες, ἢ μέντοι τὰ τῆς μερίδος ἐφρονεῖτε. Verūm hæc & huiuscemodi alia animaduertere, uel cuiusuis est hodie, qui modò literas meliores aliquātū attigerit: ut illud in capite Officiū, infra hoc eodē sub titulo. Officiū Tribunorum est milites in castris continere, principijs frequenter interesse, quærelas cōmilitonum audire. quod Accursius pro cætera sua Latinitatis peritia interpretatus est: ignorans militaria

Principia militaria & castrē sua. Principia Latine, ut Græcè ἀρχεῖα, esse dicta à principibus, qui in secūda acie erāt. Nam cū in acie prima essent hastati, in secūda erant principes, in tertia triarij, ut auctor est Liuius libro viii. Hi principes etiam Antepilani dicebantur & robur exercitus. Inde illud Terentianum, Inde ego post principia omnibus signum dabo. Tranquil-

lus in

lus in Othone, Ibi omīssa mora succollatus, & à præsentē comitatu Imperator consalutatus, inter faustas acclamationes strictosq; gladios ad principia deuenit. Liuius, Vbi triarij consurrexerunt integri resurgentibus armis, noua ex improviso orta acies, receptis in interualla ordinum antepilanis, clamore sublato principia Latinorū perturbant. Principia pro ordinibus principum posuit: ut Sallustius in Iugurtha, Aciem sicut instruxerat, transuersis principijs in planum deducit. Principia etiam erant in castris, ubi ius reddebatur. Cicero ad Brutum, Spes libertatis nusquam nisi in nostrorum castrorum principijs est. Liuius lib. viii. secundi belli Pun. Forma tamen castrorum Rom. constabat una ea spe, quòd milites tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectioisq; rati forent, & iura reddere in principijs sinebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac uigilias ordine ibant. Iustinus, Ordines quoq; nemo in exercitu Alexandri nisi sexagenarius duxit: ut si principia castrorū cerneret, senatum te alicuius Reipublicæ cernere diceret. Plutarchus in Galba, de Ouidio loquens, τῶν γυναικῶν τὸ ἡγεμόν & πρὸς ἀγαγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον ἐν ἑσθῆτι στρατιωτικῆ καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἀτρικίπια καλδοί ρωμαῖοι. De ratione & modo institutisq; castrorū Romanorū, Polybius ἐν τῷ περὶ πολιτείας τῶν Ῥωμαίων luculenter scripsit. Sic autē accipiēda sunt principia in cap. Iubemus, De erogatione militaris annonæ, lib. xii. Codicis Augustialis. quod Accursius idētidem repetitū nusquam intellexit. Inter alia autem hoc quoq; Castrensium erat moris iurisq; militaris, ut milites à Centurionibus uite caderentur: id quod adnotatum ad id pertinet, quòd in cap. Miles, dicitur inferius: Miles si uitē tenuit, militiam mutat.

*Vitis Centu-
rionum.*

Plinius lib. xiiii. Centurionum in manu vitis opimo premio tardos ordines ad lentas perducit aquilas: atque etiam in delictis poenam ipsam honorat. Iuuenalis de Mario, Nodosam post hæc frangebat uertice uitem, Si lentus pigra muniret castra dolabra. Plutarchus in Gal. κλημα ἐκαστοντάραχς uocat, id est uitem centuriale. ut Macrobius. Inde factum, ut Spartianus uitem pro centurionatu acceperit in Hadriani uita. Inde sub uitem præliari dicuntur milites, autore Festo.

IN cap. penult. eiusdem tract. De re milit. Ex causa desertionis notatus ac restitutus, temporis quo in desertionis causa fuerit, impendijs expungitur. Stipendijs legendum est omnino: etiamsi nullam huius lectionis fidem, nec indicium ullum in exemplaribus inueni. In cap. Qui excubias, supra eodem hoc titu. Sed ex causa desertionis restitutus in militiam: non aliter medijs temporis stipendia & donaria accipit, nisi ei hoc specialiter liberalitas principalis indulserit. hic cum in omnibus exemplaribus donaria legatur: simili tamen temeritate uel casus uel emendatoris hanc mendam irrepisse in libros qui extant, atque illam superiorem, facile est iudicare: non enim donaria, sed donatiua. Plautus in Gurg. Miles pulchrè centuriatus est expunctus in manipulo. Cicero are dirui uocat, ut alibi diximus. Donatiuum autem largitio est Imperatoris in milites: id est, λαμπρὰ ἐπίδοσις, quæ eadem in populum facta, congiarium dicitur. Donariū autē est ἀνάθημα, quælia uidentur in fanis. Tranquillus in Calig. Pronuntiatōq; militi centenis uiritim denarijs, quasi omne liberalitatis exemplum supergressus: Abite (inquit) leti, abite locupletes. Primus autem Claud. Augustus instituisse ab eodem dicitur, ut Imperatores Rom. in auspiciatu imperandi

donat

donatiuum militibus pronunciarent. Quod autem sequitur, Quod si ratio constiterit, neque desertorem fuisse apparuerit, omnia stipendia circa temporis finem redduntur: hunc habet sensum, Quod si ille qui desertionis suspectus est, rationem aliquam causamq; iustam fuisse docuerit, quamobrem abesse sibi contigerit. hoc enim significat rationem constare. Plinius iunior ad Minutium: Mirum est quam singulis diebus in urbe ratio aut constet aut constare uideatur. id est, mirum est, quam officio quisque in urbe præclare fungi uideatur, beneq; operas collocare, singulisq; horis ciuilitate seruire: id est nihil temporis hominibus deperire: eo modo quo dicitur, rationem alicui constare, quādo acceptorum ratio non superat impensorum rationem & reliquorum.

IN cap. Hereditate, De castrensi peculio, circa principium, commilitonum pro commilitium legitur. quod Accursius suspicatus est. Est autem commilitium societas militaris, & contubernalis amicitia.

EST caput Municeps, sub titulo, Ad municipale, ut subintelligas legem, ut Politianus pridem dixit. In eo capite ita legitur, Miles ibi domicilium habere uidetur ubi inhaeret: etsi nihil in patria possideat. Merere uerbum est ad milites pertinens. quare in promptu est iudicare, nec inhaeret nec haberet, ut Accursius: sed meret legendum esse. Merere militare est, quod Graeci στρατίας στρατεύειν dicunt. Lucanus, Aere meret paruo. Vnde equo merere Cicero in Philip. pri. cū alioqui merere, questū facere significet, id est ἐργάζεσθαι, μισθοποιεῖν. & milites meretes τετραγυμνοί dicuntur, & μισθοποροῦντες: & qui nō merent ἀστράτοι, ἀτακτοί: & extraordinarij ἐξήκοντοι. Inde emerere uerbum ut elugere: & emeriti milites. & stipendia emerita

m m 4

Cicroni

Ciceroni. Livijs libr. 1 x. belli Maced. Consules cum tribunis egerunt, uti ad plebem primo quoque tempore ferrent, uti Ebutio emerita stipendia essent: ne inuitus militaret. Modestinus supra, De re militari, emerita pro commodis ueteranorum accepit. Et ut ueteranus (inquit) accipietur, & emerita accipiet. Tranquillus, Eorum duces quadradena M. Sester. merebant, ἐμισθοφόρου. Cicero pro Roscio, Nam illa membra merere per se non amplius poterant x i i. aris. ἐνρίσκεισθαι. Emeriti milites. Lucanus, — quæ rura dabuntur Emeritis? τοῖς τεταγμέναις στρατίας τετελεκόσι: uel πάσας τὰς νενομισμένας στρατίας ἐστρατευμένοις; τῶν στρατέων πεπωμένοις καὶ μισθοφοροῦν.

IN cap. sequenti, Humanum est reliquorum usuras neque ab ipso qui ex administratione honoris relinquitur. Sic habet omnia exemplaria, & Accursius probat: uerum sen-
reliquari. su exposcente, ego reliquatur lego. Est autem reliquari, as alienum ex reliquis rationum contrahere. quo uerbo usus est Paulus, supra, De administratione tutorum, in cap. Lucius. Paulus respondit, Non ex eo quod adultus eum qui prædia eius coluit, procuratorem habere uoluit: debitum quod ex conductione reliquatus est, agnouisse eum uideri. Obiter autem emendandus locus corruptissimus in cap. Licitatio, supra, De uectigalibus, ubi idem Paulus in exemplaribus peruagatis ita loquitur, Et ideò impleto tempore conductionis licitatores alloquendi sunt. Licitatores uectigalium ad iterandam conductionem antequam superiori satisfaciant, admittendi non sunt. Nos ex uetustorum obseruatione legimus, Et ideò impleto tempore conductionis ea locanda sunt: Reliquatores uectigalium, &c. Sicq; legebat Petrus Crinitus. In quodam tamen uetusto libro relinquantes legimus. Cicero ad Atticum,
 Maximè

Maximè uerò me angit ratio reliquorum meorum: quæ quanquam explicata sunt, tamen quòd & Dolobellæ nomen in ijs est, & attributione mihi nomina ignota, conturbor. Plinius in epist. Priore lustro quanquam post magnas remissiones reliqua creuerunt. λοιπάδες & λοιπά? εσθαι uerbum apud Græcos leguntur.

IN cap. Eius, eodem sub titulo, Ad municipalē, Si quis negotia sua non in colonia, sed in municipio semper agit Colonia hic non uillam significat, ut Accursius existimauit: sed pro oppido quod colonie iure utitur. Colonia interdum agricolationis locum, aratorisq; officinam & domicilium significat. Paulus in tract. Locati, Seruus quo colonie adscriptus est, ad periculum coloni pertinebit. Sic Cicero in Frumentaria, Siculos colonos, & aratores pop. Romani uocauit γεωργός. Inde leges colonice Varroni lib. 1. de re rustica, Atque etiam leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro surculario ne capras compascat. Columella libr. 1. Comiter agat dominus cum colonis, facilemq; se præbeat: auarius opus exigat quàm pensiones. Colonia etiam ciuitas est à matrice ciuitate deducta, id est metropoli, quo modo Athenis Ionice ciuitates deductæ erant & propagatæ: ut ex Herodoto nouimus lib. v i i. Colonia in hoc significato Græcè ἀποικία dicitur: & coloni ἀποικοί. Thucydides, ἀποικία εἶ μὲν πάσχασσα, τιμᾶ τὴν μητρόπολιν, ἀδικημένη δ' ἐ ἀλλοτριῆται. Terra sancta colonia uocatur cap. x i i. libri Sapiētiae. Sed cum totus ille liber inscite & absurdè è Græco uersus est ab homine quodā lingue Græcæ Latinæq; im-
 Locus libri Sapientiae.
 perito: tum uerò caput illud absurdissimè. Nam ubi nūc legitur, Ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior est terra: ita Græcè legitur,

Vt dignam dei filiorum coloniam suscipere terra omnium apud te honoratissima. ἵνα ἀξίαν ἀποικίαν δέξεται θεῶν παίδων ἢ παρὰ σοὶ πασῶν τιμιωτάτη γῆ. Colonia igitur interdū ab incolentibus terram inhabitantibusq; dicitur, interdum à cultoribus terræ, id quod ostendit diuus Augustinus lib. x. de ciuitate Dei, his uerbis, Nam ex hoc uerbo colo agricolæ & coloni uocantur: & ipsos deos non ob aliud appellant cœlicolas, nisi quòd cœlum colant, non utiq; uenerando, sed inhabitando, tanquàm cœli quosdam colonos, non sicut appellantur coloni, qui cōditionem debent gentili solo propter agriculturam sub dominio possessorū: sed, ut ait quidam Latini eloquij magnus autor, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenere coloni. ab incolendo enim colonos uocauit, non ab agricultura. Hinc & ciuitates à maioribus ciuitatibus uelut populorum examinibus conditæ, colonie nuncupantur. His uerbis Augustini utraque significatio enarratur. Cicero de lege agr. contra Rullum, Hoc in genere (inquit) sicut in cæteris Reipub. partibus, est operæpretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, sed propugnacula imperij esse uiderentur. Et pro Fonteio de Gallia prouincia loquēs, Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum ciuium, specula populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Cæsar libr. v. i. belli Gallici, Fuit antea tempus cum Germanos Galli superarent uirtute, ut ultrò bella inferrent, ac propter hominum multitudinem agriq; inopiam, trās Rhenum colonias mitterēt, ὡς καὶ πέραν τῆς Ῥήνης κληροχίαν ἀποπέμψαι. Tranquillus in Augusto, Ad hunc modum urbe urbanisq; rebus administratis, Italiam duodetriginta coloniarū numero deducta

ductarum ab se frequētauit. Ἰταλίαν τῶν Ῥωμαίων ἀποικίων ἀριθμῶ δυοῖν δεσῶν κατὰ κληροχίαν. De municipij & colonie discrimine Gellius lib. v. scripsit. Colonie in titulo, De censibus, & alibi in iuris libris fit mentio: sed nusquam (ut opinor) ab Accursio hoc uocabulum intellectum est. Adde hic corollarij nomine, quòd qui urbes euerfas & restitutas incolere incipiunt: ij non ἀποικοί, id est coloni, sed ἑποικοί dicuntur, quasi incolæ immigrantes, quanquam & hoc uerbum interdum pro colonis accipitur, & pro ijs qui indigenis superinducuntur. Aristoteles, οἱ ἢ Ἀπολλωνιάται ἑποικοὺς ἑπαγαγόμενοι ἐσαΐασαυ.

IN cap. Generaliter, De decurionibus: Vt qui clementiorem sententiā passus est, ob id quòd ad tempus relegatur, bonis consulere debeat humanitatis sententiæ, nec decurionatum accipiat. Legendum boni consulere: quod quid sit docet Quintilianus libro primo his uerbis, Sit ne Consul à consulendo, an à iudicando: nam & hoc consulere ueteres uocauerunt. Vnde adhuc remanet illud: Rogat boni consulas, id est bonum iudices. Idem in præfatione sexti libri, Boni autem consulare nostrum laborē, uel propter hoc cæcum est, quòd in nullum iam proprium laborē perseueramus, id est bonam spem de labore suo concipere, hilariterq; operam in eo nauare, ἀθύρωσ ἔχει φιλοπονησῆα. Plinius lib. x x x i i i. Querebat argentum auiditia: boni consuluit interim inuenisse nimium: id est bene secum actum esse iudicauit, & interim acquieuit inuento. ἢ δὲ ἀγαπητῶς ἐρ τῶ μετὰ τὴν μίλητον εὐρε. utitur & Plinius Iunior. Hoc serè Cicero, Terētius & Liuius Aequi boni facio dicunt. Cicero ad Atticum, Tranquillissimus autem animus meus, qui totū istud æqui boni facit, id est bonā in partem interpretatur, ὁ τὸ τῶ δὲ ὅλα ἐνδύγνωμονῶν, ὁ πρὸς

ἑποικοί.

Boni consulere.

Æqui boni facio.

ὁ πρὸς τὸ δὺλογιζῶν. Sic Vlpianus boni consulere humanitatis sententia, per genitiuū quasi Græco more dixit: id est existimare clementer secum à iudicibus actum esse in animaduersione criminis. ἑρξαι ἐπὶ τῆ ἐπιφκεία τ' γνώμης. τὴν ἀπόφασιν τῆς ἐπιφκείας ἀποδέξασθαι. ἐὰν (ὅ) συνιδεσθαι, τῆ γνώμη χρῆσασθαι ἐπιφκεί τὴν φιλαυθρότητα.

IN capite, Honores, eodem sub titulo, Honores & munera non ordinationibus, sed potioribus quibusq; iniungenda sunt. In uetustioribus ordinationis legitur, idq; Accursius testatur: sed utrunq; mendosum est, ut opinor. quare uel ordinatioribus uel ordinatis omnibus legendum esse *ordinare.* censeo. Est autem ordinare, aliquem ad honorem & magistratum promouere: hoc est (ut Cicero loquitur) ornare, honoribusq; augere: κοσμεῖν, εἰς τιμὴν ἀναβιβάζειν, εἰς ἀξίωμα παραγάγειν. Tranquillus in Vespasiano, Quendam è charis ministris dispēsationem cuidam quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se uocauit: exactaq; pecunia quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Est enim ordinare, quasi in ordines adoptare, uel in ordinem municipalem prouehere. Cicero in Prætura urba. M. Octauium hominem ornatisimum loco, nomine, ordine, uirtute. Alibi, Inferiores loco, ordine, autoritate. Secundum hoc honores deferendi sunt optimo cuique, non in orbem honores municipales conferendi: nec ut quisq; in ordinem allectus est, ita ei munera iniungenda. Ordinatium etiam dicitur τεταγμένον, id est rectè atq; ordine constitutum. ut idem Tranquillus in Aug. Partitis post uictoriam officijs, cum Antonius orientem ordinandum, ipse ueteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepisset: neq; ueteranorum, neq; possessorum gratiam tenuit. Curtius, Forsitan dij

dij ita facta ordinauerūt. Sic Cic. in Orat. ordinare litē dixit συντάττειν, διατάττειν, ἐπανορθῶσθαι, ἑρξαι, διακοσμεῖν.

IN cap. Herennius. Modestinus respondit, sola salarii percriptione minimè decurionem factum, qui secundum legem decurio creatus non sit. Vel perceptione uel præscriptione legendum: præsertim cum Accursius testetur in aliquibus legi albi præscriptione. Est autem *Per scribere.* per scribere in tabulas publicas in actaq; referre: quod in registro scribere uulgo dicunt, uocabulo à regeſtis corrupto. Sunt enim regeſta quæ à Græcis ὑπομνήματα & ὑπο *Regeſta.* μνηματισμοὶ dicuntur. Quintilianus in 11. Vnde fit ut dissoluta & ex diuersis congesta oratio coherere nō possit: similisq; sit commentarijs puerorum, in quos ea quæ alijs declamātib; laudata sunt, regerunt. Et in 111. Sunt enim uelut res regeſtæ in hos cōmentarios, quos adolescens *Regerere.* deduxerat schola, διορῶν ἀποσεσημασμένα τινα. Registrū ergo quasi regeſtarium lingua uulgaris uocat. Hæ à Cicero perſcriptiones dicuntur. ut in Verrem, act. v. Primum mihi literas publicas quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia quæ dixi ablata esse perſcripta. Idem, Vt quisq; eis rebus tuendis conseruandisq; præſuerat: ita perſcriptum erat cum rationem ex lege redderet, ut quæ acceperat, deberet reddere. Et Philip. v. Illa uerò dissipatio pecunie publicæ ferenda nullo modo est: per quam septies millies falsis perſcriptionibus, donationibusq; auertit. Perſcriptionibus, id est ἀναγραφαῖς. Et ad Plancium, Id ex ipso senatus consulto poteris cognoscere: ita est enim perſcriptum, ut à me descripto dicta sentētia est. ἀναγεγραμμένον. Idem pro L. Flacco, perſcriptiones pro ſyngraphis accepit: *Perſcriptiones.* Perſcriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti: tutor

tutor his rebus Græcorum legibus adscribendus fuit. Et in Verrem, perscriptorem pro cautore posuit, qui formulas concipit. Dicuntur & διαγραμματα ea quæ in acta referuntur, ut sit in delectibus militum. Est igitur Modestini responsum huiusmodi: albi sola perscriptione decurionem non fieri. hoc est, Non satis est in album esse relatum, nisi recta allectio præcesserit perscriptionem.

Per scriptor. IN capite, Imperatores, eodem sub titulo, De decur. Nisi eius ætatis fuerit ut decuriones creari possent, & dignitas certam spem eius honoris id faceret, ut princeps indulgere possit. Hic locus ita mihi legendus uidetur, Et dignitas certam spem eius honoris ijs fecerit. Dignitas autem hic mea sententia non pro decurionatu accipienda est, ut Accursius existimauit: sed pro oris probitate, morumq; præstantia in facie eminente. Pulchritudinis genera duo (inquit Cicero lib. 1. Officiorum) Vnum uirile, quam dignitatem dicimus: alterum muliebrem, quam uenustatem appellamus. In Oratore autem perfecto utrumq; coniunxit, Vultus uerò (inquit) qui secundum uocem plurimum potest, quantam affert, tum dignitatem, tum uenustatem? In quo cum effeceris, ne quid ineptum aut uoluptuosum sit tum oculorum est magna moderatio. Plinius in Panegy. Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, non ne longè lateq; principem ostendant? & σεμνοπρόσωπα ἢ τὸ ἀξιωματικόν, τὸ ἀξιάγαγον τ' ὁ Λέως. Sensus igitur huius dicti hic est, meo quidem iudicio, Ita demum relegatum post relegationis tempus exactum in ordinem eligi posse, si damnationis tempore necdum ætatis decurionalis fuisset, & indoles morum in ore conspicua polliceri ei uideatur indulgentiam principis. id est principem cum allectum eum rescuerit, gratum id ratumq; habi

habiturum: hoc est diploma indulgentiæ restitutionisq; haud grauatè daturum.

IN cap. Rescripto. De muneribus & honoribus, circa principium, non alligatus, sed allectus legendum est, ut Accursius suspicatus est, etiam si non probauit. Allegere est in coetum adiungere & adoptare: ut sublegere in locum demortui legendo substituere. quibus uerbis Iuriconsulti usi sunt. ut Vlpianus supra, De decurionibus. Tranquillus in Tyb. Instanti sæpius ut ciuitate donatum in decurias allegeret: negauit se allecturum. δι' ἐφ' ἑποικασαλέξειν, uel προσαιρησεσθαι, ἐπικαταγήσειν. Varro de lingua Latina, Collegæ qui unà lecti sunt: & qui in eorum locum suppositi, sublecti. ὑποκαθεζηκότες. Alioquin allecti dicti sunt peculiariter qui propter inopiã Senatorum, in Senatuum ex equestri ordine assumebantur, ut esset differetia inter patres conscriptos & allectos: ut autor est Fesius. Huiusmodi uiginti allectos aut cōscriptos nuper curia amplissima hic accepit. προσγεγραμμένοι dicuntur.

IN cap. tertio huius tractatus. §. Quod pater, deest negatio omnino: quod suspicatus est Accursius, qui tamen sensum non percepit. Quod pater non consensit honoribus siue muneribus filij, ne illius patrimonium oneri subiiciatur, præstat defensionem: nam ciuem patriæ utilitatibus quatenus potest, aufert. Legendum non præstat defensionem. Latinitas autem purior exigit, ut illius nō ad patrem, ut Accursius censuit, refratur, sed ad filium. Alioquin Vlpianus non illius, sed suum dixisset, si patrem intelligi uoluisset. Sensus est igitur, Pater, qui filium suum quantum potest patriæ cōmodis aufert & auertit, facere nequit, quoniam filij patrimonium aduentitium, aut castrense honorū administrationi, munerumq; functioni obstringatur.

IN cap. Ad remp. eodem tract. Minores deniq; nec decuriones creantur: uel creati suffragium in curia ferunt. Minutula menda sensum huius dicti conuertit. Illa autem particula nec in priore membro posita, iterationem sui in posteriore poscit. Igitur ita legendum, Nec creati suffragium in curia ferunt. hoc est, ex eorum genere sunt, quos

Echemythi & auscultatores.

Græci ἀκυστινῆς & ἐχεμύθης uocant, quasi auscultatores & censendi immunitatem habentes.

IN cap. ulti. eodem sub titulo, De muneribus: Nam harum specierum curatores, quos Græci appellāt, creari moris est. Lego quos σιτώνας καὶ ἐλαιεμπόρους Græci appel-

sitone.

lant. Sitone apud Athenienses curatores erant coemendo frumento cōdendoq; præfetti: qui Latine frumentatores dicuntur, οἱ τὸν σῖτον ἀγοράζοντες καὶ ἀποστέλλοντες. erat etiā

Frumentatores.

qui σιτοφύλακες dicebantur, quasi frumenti asseruandæ curam gerentes: ut Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνου, De Leucone rege Bosphori loquens: Ab eo (inquit) quotannis frumenti ad milia quadringenta medimnium: id quod ex ta-

Sitophylaces.

bulis & scriptura sitophylacū uidere quiuis potest, καὶ τὸ τοῦ ἐκ τῷ παρὰ τοῖς σιτοφύλαξι ἀπογραφῆς ἀρτῆς ἴδιαι. idē munus ab alijs σιτολογία dicitur: & curatores ipsi σιτολόγοι: Latine frumenti coactores. Dispensatores autē ipsi an-

Sitomeres.

nonæ publicæ σιτομέτραι uocantur. Hæc munera instituta erant in ijs ciuitatibus, quæ frumento importato utebantur, ut Athenis. Vnde Demosthenes ibidem, πλείω τῶν ἀπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτω σίτω χρώμεθα. Sic autem,

Sitonia.

σιτώναι dicuntur, ut ὀπωρώναι, τελώναι. Inde σιτωνία in cap. secundo, infra tract. proximè sequenti, Sextumdecimum ætatis annum agentem ad munus sitoniæ uocari non oportet. id est frumentationis publicæ. In cap. ultimo, infra, De administratione rerum ad ciuitatem perti. Item rescripserunt

Sitonias

Sitonias indemnes esse oportere. Sic enim legendum est, non sicomas. Hæc autem sunt munera, ex quibus publicè debitores fiunt ij quorum fit mentio in cap. 111. Cod. De compensationibus. Verum quod paulò superius in hoc capite dicitur, Τυτῶν σιῦε equorum productio, id est, ut opinor, quod Græci ἐξέτασις καὶ σύνταξις appellant, quasi recensionem & concenturationem. de quo munere Aristoteles in sexto Politicōn ita inquit, Opus & bello & pace portarum & mœnium curatores esse, & recensionis ciuium descriptionisq; in classes. δεῖ γὰρ ἐν εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ πυλῶν τε καὶ τειχῶν φυλακῆς ὁμοίως ἐπιμελητῆς εἶναι, καὶ ἐξέτασεως καὶ σωτᾶξεως τῶν πολιτῶν. Hæc autem munera Aristoteles ἀναγκαίας ἀρχὰς appellat σωταττομένας πρὸς τὰς πολεμικὰς χρεῖας: ob id scilicet quod necessariam functionem habeant ad res bellicas expediendas cum usus uenit. Equorum productio est hipparchia.

Equorum productio.

Sequitur, Item episcopi qui præsumt panī & ceteris uenalibus rebus, quæ ciuitatum populis quotidianum uitium usui iungunt, personalibus muneribus funguntur.

Pro usui iungunt, suggerunt legendum puto. Episcopus est qui suum arbitratum rerum habet. Cicero ad Atticum lib. v 11. Ego negotio præsum non turbulento. uult enim

Episcopus.

me Pompeius esse, quæ tota hæc Campana & maritima ora habeat ἐπισκοπῶν, ad quem delectus & negotij summa referatur. Est autem ἐπισκοπῆν idem quod ἐφορᾶν. Xenoph. de copijs regis Persarum, & earum recensione loquēs, καὶ τοὺς μὲν ἀμφὶ τὴν αὐτῆς ὀικισίαν αὐτὸς ἐφορᾶ, τοὺς δὲ πόρρω ἀποικουώτας, πρὸς πέμπει ἐπισκοπῆν. Episcopi autem & ephori sunt, quibus non solum oculis lustrandi potestas, sed etiā prouidentia & cognitio mandata est: à qua significatione episcopi antistites dicuntur. quod uocabulum si

nn

Latine

IN cap. Ad remp. eodem tract. Minores deniq; nec de-
 curiones creantur: uel creati suffragium in curia ferunt.
 Minutula menda sensum huius dicti conuertit. Illa autem
 particula nec in priore membro posita, iterationem sui in
 posteriore poscit. Igitur ita legendum, Nec creati suffra-
 gium in curia ferunt. hoc est, ex eorum genere sunt, quos
 Græci ἀκροατικὸς ἔχεμύθης uocant, quasi auscultatores
 ἔχεμύθης ἔχεμύθης uocant, quasi auscultatores
 ἔχεμύθης ἔχεμύθης uocant, quasi auscultatores

Echemythi & auscultatores.

IN cap. ulti. eodem sub titulo, De muneribus: Nam ha-
 rum specierum curatores, quos Græci appellāt, creati mo-
 ris est. Lego quos σιτωνῶνας καὶ ἐλαιεμπόρους Græci appel-
 lant. Sitonæ apud Athenienses curatores erant coëmendo
 frumento cōdendoq; præfecti: qui Latine frumentatores di-
 cuntur, οἱ τὸν σιτὸν ἀγοράζοντες καὶ ἀποστέλλουσι. erāt etiā
 qui σιτοφύλακες dicebantur, quasi frumenti asseruandi cu-
 ram gerentes: ut Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνου, De
 Leucone rege Bosphori loquens: Ab eo (inquit) quotannis
 frumenti ad milia quadringenta medimnūm: id quod ex ta-
 bulis ἔσται scriptura sitophylacῦ uidere quiuis potest, καὶ τὸ
 ἐκ τῆς παρα τοῖς σιτοφύλαξι ἀπογραφῆς ἀρτὸς ἴδιος. idē
 munus ab alijs σιτολογία dicitur: ἔχει ἑαυτοῦσιν ἀπολο-
 γοί: Latine frumenti coactores. Dispensatores autē ipsi an-
 nonæ publicæ σιτομέτραι uocantur. Hæc munera instituta
 erant in ijs ciuitatibus, quæ frumento importato utebantur,
 ut Athenis. Vnde Demosthenes ibidem, πλείστω τῶν ἀπάν-
 τω ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτω σίτω χρώμεθα. Sic autem,
 σιτωνῶνας dicuntur, ut ὀπωρόναι, τελώναι. Inde σιτωνία in cap.
 secundo, infra tract. proximè sequēti, Sextumdecimum an-
 tis annum agentem ad munus sitoniæ uocari non oportet.
 id est frumentationis publicæ. In cap. ultimo, infra, De ad-
 ministratione rerum ad ciuitatem perti. Item rescripserunt
 Sitonas

Sitonæ.

Frumentato-
res.

Sitophylaces.

Sitometræ.

Sitonia.

Sitonas indemnes esse oportere. Sic enim legendum est, non
 sicomas. Hæc autem sunt munera, ex quibus publice debi-
 tores fiunt ij quorum fit mentio in cap. 111. Cod. De com-
 pensationibus. Verum quod paulò superius in hoc capite
 dicitur, Tyrorum siue equorum productio, id est, ut opi-
 nor, quod Græci ἐξέτασις καὶ σύνταξις appellant, quasi
 recensionem ἔχει concenturationem. de quo munere Ari-
 stoteles in sexto Politicōn ita inquit, Opus ἔστιν ἔχει ἔχει
 ce portarum ἔχει mœnium curatores esse, ἔχει recensionis ci-
 uium descriptionisq; in classes. οὗτοι γὰρ ἐν εἰρήνῃ καὶ πολέ-
 μῳ πυλῶν τε καὶ ταχῶν φυλακῆς ὁμοίως ἐπιμελητῆς εἶναι,
 καὶ ἐξέτασεως καὶ σιωτάξεως τῶν πολιτῶν. Hæc autem
 munera Aristoteles ἀναγκαίας ἀρχὰς appellat σιωτάστο-
 μένας πρὸς τὰς πολεμικὰς χρεῖας: ob id scilicet quod ne-
 cessariam functionem habeant ad res bellicas expediendas
 cum usus uenit. Equorum productio est hipparchia.

Equorum pro-
ductio.

Sequitur, Item episcopi qui præsumt pani ἔχει cæteris
 uenalibus rebus, quæ ciuitatum populis quotidianum ui-
 ctum usui iungunt, personalibus muneribus funguntur.
 Pro usui iungunt, suggerunt legendum puto. Episcopus
 est qui suum arbitratum rerum habet. Cicero ad Atticum
 lib. v 11. Ego negotio præsum non turbulento. uult enim
 me Pompeius esse, quæ tota hæc Campana ἔχει maritima ora
 habeat ἐπισκοπῶν, ad quem delectus ἔχει negotij summa re-
 feratur. Est autem ἐπισκοπεῖν idem quod ἐφορᾶν. Xenoph.
 de copijs regis Persarum, ἔχει earum recensione loquēs, καὶ
 τοὺς μὲν ἀμφὶ τὴν αὐτῆς οἰκισίαν αὐτὸς ἐφορᾷ, τοὺς δὲ πόρ-
 ρῶ ἀποικουῶτας, τισὲς πέμπει ἐπισκοπεῖν. Episcopi au-
 tem ἔχει ephori sunt, quibus non solum oculis lustrādi pote-
 stas, sed etiā prouidentia ἔχει cognitio mandata est: à qua si-
 gnificatione episcopi antistites dicuntur. quod uocabulum si

Episcopus.

Latine transferre quis uelit, non uerius speculatore, ut cen-
seo, quam inspectorem uocarit. est enim id uerbum ei rei si-
gnificandæ accommodatum. Cicero, Nos enim augures ob-
nunciationem solum habemus: consules & reliqui magi-
stratus etiam inspectionem, ἐπισκοπή. Liuius, Placuit mit-
ti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas: qui-
bus si uideretur digna causa, Annibali denunciarent, ut à
Saguntinis socijs populi Romani abstineret. Inspicere etiam
est rem penitus considerare. Vnde inspicere hominem pe-
nitus Plinio in epistolis, id est pernoscere: Et inspicere
agrum quem uelis mercari, & inspectio. libro primo Cice-
ro ad Varronem, Illud enim adhuc prædium suum non in-
spexit. Sic hoc uerbo usus est Gaius Iuriscons. in ca. Si post
inspectum, De periculo & commodo rei ueditæ. & inspe-
ctor quasi ἐπιγνώμων, nomen est artificij, ut sunt ij quibus
res inspiciendæ mandantur & æstimandæ antequam eman-
tur. Hic autem episcopos significare eos inspectores puto,
qui de panificijs & reliquis uenalibus pro potestate co-
gnoscunt. quales sunt apud nos, quos magistratos opificio-
rum uocant, quibus opifices opificia sua ut approbent ne-
cesse est instituto municipali, aut in multam incidant, nisi
(quod plerunq; fit) prolato ære se tueantur, ut utar uerbo
prisco. His autem uerbis quæ sequuntur, Qui annonam su-
scipit uel exigit uel erogat: ij magistratus significatur, quos
ἀποδέντας & ταμίας σιτολόγας & σιτομέτρους uocant.
Sequitur: Ii quoq; qui custodes ædiũ uel archeote. Cu-
stodes ædium sacrarum intelligo, quos Aristoteles νεοπι-
λάκας uocat, qui ijdem non sunt cum ædituis, quos νεωκό-
ρος Græci uocant. Archeote ἀρχεῖωται παρὰ τὸ ἀρχεῖον,
ab archiuo, uel archio potius dicti sunt, de quo ante dixi-
mus. Logographi à rationibus publicis cõficiendis perscri-
bendisq;

bendisq; dicti sunt: quanquam apud oratores hæc dictio
aliter accipitur. Iidem ferme qui tabularij: qui in tabulas
publicas referunt, quæ ad Rempublicam pertinent. Xe-
noparochi (ut opinor) ijdem sunt qui parochi: qui pere-
grinis sale & ligna præbebant, inquit Acron. de qui-
bus Horatius in primo Sermonum, Et parochi quæ de-
bent ligna sale que. quos Porphyrio copiaros à Lati-
nis uocatos esse tradit: qui sale & ligna ijs præstabant,
qui Reipublicæ causa peregrèbant. Sub nomine autem
harum specierum omnia hospitibus necessaria intelli-
mus, ut idem Acron alibi sentire uidetur libro secundo Ser-
monum, ubi Horatius parochum pro conuiuatore posuit.
—uertere pallor Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut
acres Potores. Cicero in priore significatione usus est ad
Atticum libro x i i i. Ariobarzani filius Romam uenit:
uult opinor regnum aliquod à Cæsare emere, omnino eum
Sestius noster parochis publicis occupauit, quod quidem
facile patior. uerumtamen inuito eum per literas, ut apud
me diuersetur. Sunt qui parochias inde appellatas cen-
seant, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt: ab exhi-
bitione scilicet sanctifici crustuli, id est sacrosancti panifi-
cij. Ego uerò non parochias primùm, sed parœcias appel-
latas esse censeo. παροικίαι sunt accolæ: quare qui fanum
aliquod accolunt, parœci dicti sunt, eiusdè scilicet fani con-
sortes: & parœcia accolarũ cõuentus: & accolatus: sacraq;
uicinia. Nam παροικίαι etiã οἱ παροικοί dicuntur, id est, ui-
cini: legiq; ipse hoc uerbũ apud Græcos in ea significatio-
ne, nisi falsus sum opinione. Quòd si Latine loqui magis
placet Latine sciētibus, curiæ dici possunt: unde curiones
olim dicti: & παροικοί, ipsi curiales. Liuius, Inter maiorũ
rerum curas comitia maximi curionis uetus excitauerunt

certamen, Patricijs negantibus, M. Manilij, qui unus fuit
 ē plebe potens, rationem esse habendam: quia nemo ante
 eum nisi ē patribus id sacerdotium habuisset. Curio autem
 maximus est, cuius autoritate curia omnesq; curiones re-
 gebantur, inquit Festus. Inde curionatus dici debet, quae
 uulgò cura dicitur. & aedes ipse sacrae, curiatae: quae sode-
 litia non habent, sed quae curialibus destinatae sunt, & ac-
 colas suas uendicant. Isocrates Ἄνω ἡ Κνίδος μέχρι Σινώ-
 τως ἑλλωες τῶν Ἀσίων παροικῆσι. Interdum πάροικοι
 ἀντὶ τῶν μετοίκων accipiuntur: ut illud ad Hebraeos unde-
 cimo, τίσει παρώκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἄλλο
 τρίαρ. Fide incola aduenit in terrā pollicitationis ut alie-
 nam. sic enim ad uerbū uerti potuisset. Quod sequitur limi-
 narchæ: limenarchæ legi debet, id est portuum praefecti, &
 limenarchia ipsum munus, quae etiam limenophylacia ab
 Aristotele dicitur. Ceterum quod hic de mansionum cura-
 toribus dicitur, de ijs mansionibus intelligendū, quae à Grae-
 cis σταθμοὶ dicuntur, & σταθμια καὶ ἀλύσεις, & κατὰ
 γῶγια τῶν ἀγγελιαφόρων. Erant enim ordinata per man-
 siones, demēsāq; militū itinera, eorū qui diplomatibus ute-
 bantur & cursu uehiculari, qui cursus publicus appellatur
 lib. xii. Codicis. Apud nos hodie celeres cursores cursum
 publicum nō uehiculis, sed equis cōficiunt: qui prout loco-
 rum ratio diuersiorumq; tulit, sua habent curricula ma-
 iora uel minora: eaq; ratione mansiones distinguuntur: quos
 postas uocamus, ut in Italia cursores appellantur. Nunc eō
 euasit licentia & luxus, ut passim commeanteis uideas mul-
 tos equis celerum, etiam quibus nullum est negotium, nisi
 animi causa: cum interim plerique temporis compendium
 nullum aut certē aspernandum faciant. Sed tanti dudum
 esse cœpit, nihil more maiorum facere: & pulchrum esse
 cense

Curiones.
Curionatus.Limenarchæ.
Limenophylacia.

Mansiones.

Cursus publi-
cus.

censetur & sericatis dignum, uiatorium comitatum uno
 aut altero die anteuertere. Hic quid agas? Sic uiuitur. Hoc
 in mores receptum est. adeo qui eo more utuntur, cupiunt
 & in acta referri, ut inquit Satyrographus. Sed solenne fa-
 tis & Prouidentiae semper fuisse historia testatur, homi-
 numq; memoria: pro luxu improbiore Sybariticisq; deli-
 cijs, expiamenta poscere paria atq; consentanea, aut ultrò
 sibi sumere. Immodicam enim felicitatem mortalibus supe-
 ri nunquam non foenerato indulgent. Verum Plinius libro
 sexto, de itinere Indiae ab Alexandria loquens, A' Copto
 (inquit) camelis itur aquationum ratione mansionibus di-
 spositis. Herodotus in quinto, centum & undecim man-
 siones esse tradit Sardibus ad regiam Persarum, quae Susa
 uocabatur. καταγωγὰ μὲν νῦν σταθμῶν τοσαῦται εἰσὶν ἐκ
 Σαρδίων εἰς Σῆσα ἀναβαίνοντι. Mansionis autē, id est sta-
 thmi spatium centū & quinquaginta stadia facit. Qui autē
 huiuscemodi mansionibus praefecti erant, ἐπίσταθμοι uo-
 cabantur: ut apud Isocratem in Panegyrico, ἐκατόμενος ὁ
 τῆς Κασίας ἐπίσταθμος πολὺν ἥδη χρόνον ἀφῆσθε. Sed
 eo loco Satrapam intelligo. Aliquando ἐπίσταθμοι appel-
 lantur ij qui super hospitia sunt in comitatu principis, aut
 legati ducis ue exercitus: & Epistathmia hoc munus ap-
 pellatur. Hodie Marschalli hospitiorū lingua nostra uo-
 citatur: qui eorū ministerio utuntur quos designatores man-
 sionarios Latine appellare possumus, et cretarios designa-
 tores à creta qua utuntur. Cicero ad Atticū in grādi illa epi-
 stola lib. xii. in fine, Hospitiū siue ἐπίσταθμείαρ odio-
 sam, mihi duxi nō molestā. ἐπίσταθμείαρ cū diphthongo in
 penultima dixit, quod uerbū necessitatē hospitis recipiendi
 significat, à uerbo ἐπίσταθμείαρ, & diuersari Latine dici-
 tur. Plutarchus in Sertorio, τῶν ἐπίσταθμῶν ἀπαλλάξας:

Epistathmi.

Mansionarij
designatores.

cuius rei qui immunitatem beneficio principali consecuti sunt, ἰσθμῶντοι dicuntur. Hoc autem in loco significari puto inferioris muneris officium, operum reficiendorum curatoris, qui ἐργεπιστάτης dicitur, καὶ τῶν ἐργῶν ἐπιμελητής. De mansionibus militaribus exemplum est apud Lampridium in Alexandro his uerbis, Tacebantur secreta bellorum: itinerum dies publicè proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: illa die, illa hora ab Vrbe sum exiturus: & si dii uoluerint, in prima mansione mansurus. deinde per ordinem mansiones, deinde statua, deinde ubi annona esset accipienda, & id quidem quousque ad fines Barbaricos deueniretur. Idem alibi, Milites expeditionis tempore sic disposuit, ut in mansionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria decem & septem (ut solent) dierum, nisi in Barbarico.

Camelates. IN §. sequenti, Camelasia quoque similiter personale munus est. Lego camelasia, id est camelorum productio. Est enim καμηλάτης camelorum agitator & ductor: ut ὄνηλάτης, ἰππηλάτης, στρατηλάτης, id est dux exercitus. Huiusmodi munus institutum erat impedimentis exercitus agendis & comportandis in expeditionibus publicis. Camelarij etiam à Græcis καμηλίται dicuntur, quos Herodotus insidere camelis in acie facit. Camelis enim Armenij inter equites utebantur, ut legimus apud Herodianum in quarto, Nicostrategi uocabulum corruptum est.

Syndici. IN §. Defensores, Defensores quoque ciuitatum quos Græci syndicos appellant, & qui ad certam causam agendam uel defendendam eliguntur, & reliqua. Syndici dicuntur aduocati, qui ut patroni ad communem causam defendendam mittuntur. Sunt autem causidici plures uel oratores

tores ad communis causæ patrociniū missi, ut apud Demosthenem in oratione pro Ctesiph. Aristides dicitur esse creatus syndicus ab Atheniēsis, ut communi causæ Græciæ Atheniensium nomine patrocinaretur. & συνδικεῖν uerbum, idem quod σὺνγορεῖν: ac si syndicari uerbum fingas pro defendere & patrociniū præstare. Sunt etiam syndici ciuitatum aduocati & defensores iuris publici: quasi in causam publicam communiter incumbentes. Idem Demosthenes πρὸς Δεπίπλω refert lege sancitum Athenis, ne cui iterum syndicum fieri liceret creariq; à populo: idq; ideo ne syndicia, id est syndici munus ob publicam utilitatem inuentum, uerteretur in quæstum compendiumq; priuatum. Hoc nomine uocari possunt, quos hodie Deputatos nostri uocant.

Sequitur. §. Iudicandi quoque necessitas: qui locus ita à Iurisperitis intelligitur, quasi iudex iudicare cogatur: ex quo ducunt argumentum in tabularios atque syngrapharios, ut id quod suæ functionis est, conficere ipsi cogantur: cum reuera Arcadius Iurisconsultus hoc significare uoluerit, hominem politicum ac ciuili more uiuentem, ut cætera munera ciuilia: ita iudicandi quoque munus agnoscere obireq; debere, ad idq; cogi posse. id autem ut planum faciamus, latius rem hanc totam de iudicijs Romanis explicare conabimur: id quod maiorem utilitatem latiusq; patentem allaturum est, quam quantum est id unum quod spectat ad huius loci sententiam percipiendam. Iam primum igitur hoc dictum Iurisconsulti sub titulo De muneribus positum, satis hoc quod dico iudicare uidetur: deinde Tranquilli locus in Augusto id ipsum plane ostendit, Ad tres (inquit) iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quæ ducenariorum uocaretur, iudicaretq;

de leuioribus summis. Iudices à trigesimo ætatis anno al-
legit: id est quinquennio maturius quàm solebant. Ac ple-
risque iudicandi munus detrectantibus uix concessit, ut
singulis decurijs per uices uacatio esset. Idem, Splendidum
(inquit) uirum Græciæque prouinciæ principem, ue-
rùm Latini sermonis ignarum, non solum albo iudicum
erast, sed etiam in peregrinitatem redegit. Album iudi-
cum appellat in quo eorum nomina descripta erant, qui
earum erant decuriarum quæ uno quoque tempore iudi-
cabant. ληξιαρχικὸν γραμματεῖον dicitur, ἔ λδύκωμα
à Græcis. Vnde illud Plinianum in præfatione per meta-
phoram dictum, Cùm hanc operam condicerem, non eras
in hoc albo. Allusit enim ad morem eorum qui causas
acturi in foro aut declamaturi, auditores corrogabant,
quasi futuros iudices eloquentiæ aut facundia. Graue au-
tem detrectandumq; fuisse iudicandi munus, ex uerbis Ci-
ceronis intelligere licet in Prætura urbana: Vos (inquit)
quod ad uestram famam, existimationem, salutemq; com-
munem pertinet, iudices prospicite atque consulite. Splen-
dor uester facit ut peccare sine summo Reipub. detrimento
ac periculo non possitis. Non enim potest sperare populus
Rom. esse alios in senatu, qui rectè possint iudicare. Vos
si non potueritis, necesse est cum de toto ordine despera-
rit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudicio-
rum requirat. Hoc si uobis adeo leuius uidetur, quòd puta-
tis onus esse graue & incommodū iudicare: intelligere de-
betis primū interesse, utrum id onus uosmetipsi reieceritis:
an quod probare populo Rom. fidem uestrā & religionem
non potueritis, ideo uobis iudicandi potestas erepta sit. De-
inde etiam illud cogitate, quanto periculo uenturi simus ad
eos iudices, quos propter odiū uestri populus Ro. de uobis
uoluerit

Album iudi-
cum.

Iudicandi mu-
nus graue &
incommodum.

uoluerit iudicare. Homines scitote esse quosdam, quos tan-
tum odium uestri ordinis teneat, ut hoc palam iam dicti-
tent, se istum, quem sciant esse hominem improbißimum,
hoc uno nomine absolui uelle, ut ab senatu iudicia per
ignominiam turpitudinemq; auferantur. Pro quorum uer-
borum intelligentia sciendum id quod Plutarchus de Caio
Graccho inquit, Leges scilicet eū tulisse populares aduer-
sus senatus potentiam: inter quas unam tulit de iudicibus.
Nam cùm soli antea senatores iudicarent, ob eamq; causam
à plebe timerentur: trecentos ex equestri ordine adiecit,
quos totidem senatoribus miscuit, ut unà iudicarent. Hæc
lex potetiam senatus magna ex parte infregit. Sylla autem
ex equestri ordine iterum trāstulit ad senatum, cùm etiam
tribunitiam potestatem sustulisset, quæ robur erat & colu-
men populi. At Pompeius postea iudicia ad equestrem or-
dinem lege trāslata in populi gratiam senatui nō restituit,
cùm tribunitiam potestatem populo reddidisset, ut inquit
idem Plutarchus in Pompeio, etiamsi in Plutarcho Latine
conuerso aliter locus ille legitur. Cicer. in Diuin. Populus
Rom. tametsi multis incōmodis difficultatibusq; affectus est:
tamen nihil æquè in rep. atq; illam ueterem iudiciorum uim
grauitatemq; requirit. Iudiciorum desiderio tribunitia po-
testas efflagitata est: iudiciorū leuitate ordo alius ad res iu-
dicandas postulatur. Iudicum culpa atq; dedecore etiā cen-
sorum nomen, quod asperius antea uideri solebat, id nunc
poscitur, idq; populare ac plausibile factum est. Quo in lo-
co Asconius eius interpres, quasi ex persona Ciceronis ita
inquit, Gracchus legem tulerat, ut equites Romani iudica-
rent: iudicauerūt per annos xxx. sine infamia. post uictor
Sylla legem tulerat, ut senatorius ordo iudicaret: & iudi-
cauit per annos decem turpiter. nūc Aurelius Cotta legem
fert, ut

De legibus iu-
diciarijs.

fert, ut senatores & equites Ro. ac tribuni aerarij simul iudicent. Et hoc est (inquit) quod Cicero dicit alium quoque ordinem ad iudicandum postulari. Cicero pro Milone orationem habuit sequenti tempore. nam Diuinationem aliasq; in Verrem actiones scripsit, cum aedilitatem peteret. Milonem autem post consulatum defendit. In ea oratione pro Milone Asconius de M. Sauscio loquens: qui post iudicium Milonianum eadem lege Pompeiana accusatus est: Eum (inquit) condemnauerunt senatores decem: absoluerunt septem. condemnauerunt equites Rom. nouem: absoluerunt septem. sed ex Trib. aerarijs undecim absoluerunt, sex cōdemnauerunt. Idem Asconius in enarratione orationis in Pisonem, Legem (inquit) iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus Verres accusatus est à Cicerone, tulit Aurelius Cotta praetor: qua communicata sunt iudicia senatui & equitibus Rom. & tribunis aerarijs. Rursus deinde Pompeius in consulatu secundo, quo tempore oratio in Pisonem dicta est, promulgauit, ut amplissimo ex censu ex centurijs aliter quam antea lecti iudices, aequè tamen ex illis tribus ordinibus res iudicarent. De hac lege Pompeia loquens Cicero in Pisonem ita inquit, Ecquid uides? ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri? non aequè legetur quisquis uoluerit: nec quisquis noluerit non legetur. Idem ad Q. fratrem de Sexto Calio, Senatorū eum urna copiose absoluit, equitum adaequauit, tribuni aerarij condemnauerunt. Ex quo loco patet trium ordinum singulas ac discretas urnas fuisse, in quas suffragia conijcerentur tabellaria. Urna est κάλων & ὑόπλα, id est sitella Latine. In eam autem non tantum suffragia iudicum, sed & nomina conijciebantur, cum Praetor iudices sortiretur. Rursus Plinius libro xxxiii. de iudicibus

ita inquit, Sed annuli planè medium ordinem tertiumq; plebi & patribus inseruere: ac quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniae iudices tribuunt. nec pridem id factum. Diuo Augusto decurias ordināte maior pars iudicum in ferreo annulo fuit: ijq; non equites, sed iudices uocabantur. equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. Equitum quoque non nisi quatuor decuriae fuere primò, uixq; milia singula in decurijs inuenta sunt, nondum prouincijs ad hoc munus admissis, seruatūq; est ad hodiernum diem, ne quis ex nouis iudicibus in ijs iudicaret. Decuriae quoq; ipsae discretæ pluribus nominibus fuere tribunorum aeris & selectorum & iudicum. Praeter hæc etiamnum nongenti uocabantur ex omnibus selecti ad custodienda suffragiorum scita in comitijs. Et diuisus hic quoq; ordo erat superba usurpatione nominum, cum alius se nongentum, alius selectum, alius tribunum appellaret. Tyberij demum principatus anno nono in ciuitatem uenit equester ordo, annulorumq; auctoritati fama constituta est. Plinius his uerbis pecunias iudices appellat, propter quadringenta sestertia, qui census erat equestris. Propter quod ipse in praefatione libri decimi-quarti queribundè ita inquit, Posteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit, postquam senator censu legi coeptus, iudex fieri censu: magistratum ducem que nil magis exornare quam census. Postquam coepere orbitas in auctoritate summa & potentia esse, captatio in questu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo, pessimum iere uitæ pretia, omnes que à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici coeptum. Haftenus ille. Iudicum igitur appellatione equites intelligebantur: licet scrupulosa quadam differ

Prima iudicia-
ta.

Equites & iudices.

Selecti iudices.
Nongenti.

differentia equites & iudices & selecti discernentur
Equites. post illam Augusti condecurationē: equitesq; proprie di-
 cerentur, qui equo publico merebāt. Postea equites omnes
 dici coepti sunt, quibus uti annulo aureo liceret: ut sena-
selecti iudices. tores dicebantur, qui lato clauo uterentur. De selectis iu-
 dicibus Seneca lib. 111. de beneficijs, Vbi uerò id de quo
 sola sapientia decernit, in controuersiam incidit: non po-
 test ad hoc sumi iudex ex turba selectorum, quem census
 in album & equestris hereditas misit. Cicero pro Aulo
 Cluentio, Deinde prætores tantū urbani, qui iurati debent
 optimū quēq; in selectos iudices referre: nunquam sibi ad
 eam rem censoriā ignominiam impedimento esse oportere
 duxerūt. Horatius in primo Serm. — & siue iubebat Vt fi-
 cerem quid: habes autorem quo facias hoc, Vnum ex iudi-
 cibus selectis obijciebat. Id est ex equestri ordine. Cicero
 in Verrem act. 1111. Cæterarum rerum selecti iudices ex
 ciuium Ro. conuentu proponi solent. Id est, equitibus qui
 illuc conueniunt. Idem alibi, Hic tu recuperatorem dabis
 illum ipsum, quem tu in cohorte tua Cassianum iudicem
 habebas, si qua res maior esset, Papyrium Potumonem ho-
 minem seuerū ex ueteri illa equestri disciplina: quæ uerba
selecta senten- per ironiā dicta sunt. Selecti iudices sunt præcipui, ἐκκρι-
 τοι, uel ad uerbū ἀπόλεκτοι. Vnde selectæ sententiæ Cic. de
 Nat. Deor. κρείται λόγαι. Inde dij selecti & præcipui diuo
 Augustino ex Varrone, lib. v 1. & v 11. de Ciuitate. De
 iudiciorum translatione Plinius rursus libro eodem trige-
 simo tertio, Iudicium autem (inquit) appellatione separa-
 ri eum ordinem primi omnium instituere Gracchi, discor-
 di popularitate in contumeliam senatus. Mox ea debella-
 ti autoritas nominis uario seditionum euentu circa publi-
 canos substitit, & aliquandiu tertiæ uires publicani fue-
 re. M.

re. M. Cicero demum stabiliiuit equestre nomen in consu-
 latu suo, ei senatum concilians, ex eo se ordine prouectum
 esse celebrans, & ei uires peculiari popularitate querens.
 Ab eo tempore planè hoc tertium corpus in Republica fa-
 ctum est, coepitq; adijci senatui populoq; Romano eque-
 ster ordo. Qua de causa etiam nunc post populum scribi-
 tur, quia nouissimè coeptus est adijci. Quod de publicanis
 dicit Plinius, hoc Cicero pro Plancio declarat his uerbis,
 Adiungam, si uis, id quod huic obesse putas: patrem publi-
 canum. Qui ordo quanto adiuumento sit in honorem quis
 nescit? Flos enim equitum Romanorum, ornamentum ci-
 uitatis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine conti-
 netur. Ex ijs uerò quæ diximus de Senatu, non est id intel-
 ligendum & sentiendum, quasi senatus in curiam coa-
 ctus uel controuersias uel crimina iudicaret: sed quòd uiri
 Senatores in decurias distinctas distributi, iudicare coge-
 rentur: uel uiri equites in decurias etiam ipsi distributi eo
 tempore quo iudicia ad eum ordinem translata sunt, iudi-
 candi munere necessario fungerētur, ad idq; prætoris im-
 perio cogerentur: ita ut singulæ decuriæ iudicium uaca-
 tionem iudicandi in orbem haberent Augusti instituto. *Decuria iudi-*
cum.
 De cognitione autem senatus, & an reos iudicauerit, nos
 in superiore editione copiosè diximus. Neque uerò uni-
 uersæ decuriæ sigillatim ad iudicandum sedebant: sed ex
 ea decuria, cuius uices tum erant iudicandi, certus ac con-
 stitutus numerus assumebatur sortibus ex urna ductis, cum
 res aliqua nata iudicium poscebat: eaq; erat Prætoris po-
 testas, qui ob id iudex questionis in criminalibus iudicijs
 uocabatur, ut in superioribus explicatum est. Inde illud
 Satyrici, — improba quamuis Gratia fallacis Prætoris
 uicerit urnam. Prætor enim summam potestatem iudicio-
 rum

*Prætor iudicijs
 præerat & iu-
 dicibus.*

rum habebat, præeratq; iudicum sortitioni reiectioniq; & rursus subfortitioni in locum reiectorum: ipse pro tribunali sedens, cum interim iudices in subsellijs essent: ex quo factum est, ut subsellia pro foro Rom. accipiantur, in quo publica iudicia exercebantur, ut in superiore editione dictum est. Martialis etiam pro iudicibus libro 1. Sextiliane bibis quantum subsellia quinq;. Ab ea autem consuetudine antiqua sortiendi iudices remansit apud nostros uocabulum iudiciale. Iurisdictionem enim resortitum uocant, & resortiri apud curiam dicunt, uel apud aliud forum, eos quibus constituta est disceptatio in curia uel alibi: hoc est, qui huic aut illi iurisdictioni attributi sunt antiquitus. Numerus uero plenus ac legitimus in iudicijs publicis quaestionibusq; rerum capitalium exercendis & iudicandis, quinq; erant & septuaginta uiri, ut ex Cicerone in Pisonem intelligendum datur, cum ita inquit, An ergo expectem, dum de te quinq; & septuaginta tabellæ diripiantur? de quo iam omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum, iudicauerunt. In causa tamen Miloniana, ut tradit Asconius, Gn. Domitius, qui quaestor, id est, quaestionis iudex, suffragio populi creatus erat: legem quandam iudiciariam exercuit, qua lege cauebatur, ut priusquam causa ageretur, testes per triduum audirentur: dicta autem eorum iudices confirmarent quarta die, & ut adesse omnes in diem posterum iuberentur, coramq; accusatore ac reo, pilæ, in quibus nomina iudicum inscripta erant, æquarètur. Dein rursus postera die sortitio iudicum fieret unius & septuaginta: qui numerus cum sorte obtigisset, ij protinus sessum irent: tum ad dicendum accusator duas oras, reus tres haberet, eodemq; illo die reus iudicaretur. prius autem quam sententiæ ferrentur, quinos ex singulis

Numerus iudicantium.

gulis ordinibus accusator, totidem reus reijceret: ita ut numerus iudicum relinqueretur qui sententias ferrent, unus & quinquaginta. Apud Græcos longè maior erat numerus, & interdum supra mille. Reijcere iudices est recusare, ut nunc loquuntur. dicitur à Græcis ἀπολέγειν δικάζων. Cicero in Ver. act. 1. Vt primum è prouincia redijt, redemptio est huius iudicij facta. ea mansit in conditione atq; pacto usque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. Posteaquam reiectio iudicum facta est: quòd in sortitione, istius spem fortuna populi Rom. & in reijciendis iudicibus mea diligentia istorum impudentiam uicerat: renunciata est tota conductio. Idem Asconius in Diuinatione, moris fuisse scribit, celebrata iudicum reiectione haberi in officio prætoris, & in arca reponi nomina iudicum selectorum: reiectionemq; ideo dictam, quia cū multi iudices à prætore ad cõsiliū aduocandi essent, qui quaestor erat in publica aliqua causa, ut ambitus, repetundarum, maiestatis: necesse erat primum de curia conscribi senatoria: eo scilicet tempore cū senatus iudicaret. Deinde in urnam sortitio mitti, ut de pluribus necessarius numerus cõfici posset. Tertiò permitti accusatori ac reo, ut ex illo numero reijcerent quos putarèt sibi iniquos aut aliqua ratione incommodos fore. Reiectione autem facta. in eorum locū qui reiecti fuerāt Prætor alios subfortiebatur, quoad numerus legitimus impletur quæ subfortitio dicebatur. Nam prima delectio sortitio erat: hæc autè subfortitio. His peractis iudices in leges iurabant, ut obstricti religione iudicarent. cū iurassent omnes præter Prætorem, nomina eorū libellis (ut supra dictum est) continebantur, & ubique habebantur, ne pro selectis iudicibus (ut fit in multitudine) aliqui suppositi corruptiq; iudicaret. Hactenus ille. Propterea in superiore loco non

selecti indices.
De reiectione
& subfortitione iudicum.

co non pile, sed libelli legendum puto apud eundem. Ipse in præturam urbanam, de Oppianico iudicio loquens, cuius multa mentio apud Ciceronem pro Cluentio, Putauit (inquit) Verres eodem loco supponi potuisse iudices qui se corrupti absoluerent, quemadmodum suppositi erant qui Oppianicum condemnarant. Nanque Cursius sodalis eius, iudex quæstionis, subfortiebatur in locum non reiectorum, quos iste redemerat improbos iudices, quibus aduenales sententias proferendas ultimo die subiectis uteretur. Facile autem pro ueris iudicibus improbi supponi poterant, uolente hoc iudice quæstionis, & illis patientibus qui iudices erant, quia nisi citati non confidebant, & graue onus erat & incommodum iudicare. Ex antè dictis intelligi clarius uerba Ciceronis illa possunt ad Atticum libro primo de iudicio Claudiano, Nam, ut reiectio facta est clamoribus maximis, cum accusator tanquam censor bonus homines nequissimos reijceret, reus tanquam clemens lanista frugalissimum quenque secerneret: ut primum iudices confederunt, ualde diffidere boni coeperunt. Non enim unquam turpior in ludo talario concessus fuit. Maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam ærarij, quam ut appellantur, ærati: pauci tamen boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat. Aeratos appellat uel oberatos uel nummatus, & corruptione locupletatos. Et inferius, Ita summo discessu bonorum, pleno foro seruorū x x v. iudices ita fortes tum fuerūt, ut summo proposito periculo uel perire maluerint, quam perdere omnia. x x i. fuerūt quos fames magis quam fama commouerit. Secundum hæc uerba, iudices l v i. fuerūt. Ipse ad Q. fratrem de iudicio Gabiniano loquens, l x x. iudices fuisse dicit: à duobus & uiginti damnatum Gabinium, ab alijs in gratiam

gratiã Pompeij absolutum. Plinius Iunior ad Vrsum scribens, quem ipse in senatu defendit repetundarum reum: Actionem (inquit) meam, ut prælia solet, nox diremit. Egeram horis tribus & dimidia: supererat sesquihora. Nam cum ex lege accusator sex horas, nouem reus accepisset: ita diuiserat tempora reus inter me & eum qui dicturus post erat, ut ego quinq; horis, ille reliquis uteretur. Idem inferius, Successit mihi Lucerius Albinus tam apte, ut orationes nostræ uarietatem duarum, contextum unius habuisse credantur. Respondit Herennius Pollio instanter & grauius: deinde Theophanes rursus dixit in noctem, atq; etiam illatis lucernis. Postero die egerunt pro Basso Titius Homulus & Fronto mirificè. quartum diem probationes occupauerunt. Ex quibus uerbis facile est colligere, pluribus actionibus & accusatores & reos uti solitos esse, quas replicationes hodie duplicationesq; uocant: nec pluribus modo actionibus, sed pluribus quoque aduocatis & oratoribus. Idem Plinius, Censuit Bebius Macer consul designatus, lege repetundarum Bassum teneri: Cœpio salua dignitate iudices dados. uterque rectè. Qui fieri potest inquis, cum tam diuersa censuerint? quia scilicet & Macro legem intuenti, consentaneum fuit damnare eum qui contra legem munera acceperat, & Cœpio cum putaret licere senatui, sicut licet, & mitigare leges & intendere: non sine ratione ueniam dedit factò uetito quidem non tamen inusitato. Præualuit sententia Cœpionis. His uerbis intelligo senatum noluisse damnare reum lege repetundarum (nondum enim iudicia publica extra ordinem exercebantur) sed iudices dedisse, qui reum non ex formula legis repet. iudicarent, sed extra ordinem pro arbitrio in eum animaduertent. A sconijs in eandem Præturam enarrans

Legitimi dies.

Iudicium in senatu factum.

illa uerba, Vt cum horis nostris nos essemus usi, tu binis ludis interpositis quadragesimo post die responderes, suas horas ait x. dies Ciceronem intellexisse, qui accusatori legitimi erant ad accusandum, & totidem defensori ad respondendum. Græci etiam non libera spatia ad agendum oratoribus, sed ad aquæ stillicidium dabant, clepsydras appellantes: ut nunc horarum spatia non horoscopis tantum: sed etiam uasculis arenarijs distinguimus in medio strigosis ac pertusis: in quibus arena ad pollinariam exilitatem succreta, uasculi conuersionibus ultro citroq; commeando, horas metitur. Cicero libr. 111. de Oratore, de Pericle loquens, Ad hunc non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat: sed ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, uir summus in maximarum rerum scientia. Idem Plinius de accusatione Prisci & Martiani in senatu loquens, Dixi horis pene quinque: nam clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor. Respondit mihi pro Martio Cl. Marcellinus. Missus deinde senatus & reuocatus in posterum. neque enim inchoari poterat actio nisi ut noctis interuentu scinderetur. Et inferius, Itaq; in tertium diem probationes exierunt. Iam hoc ipsum pulchrum & antiquum: senatum nocte dimitti, triduo uocari, triduo contineri. deinde subdit decretum senatus. Ex quo loco liquet reum peractum damnatumq; Priscum: de quo antè dixerat, excessisse eum immanitate & seuitia, crimina quibus dari iudices possent, cum ipse ob homines innocentes damnandos interficiendosq; pecunias accepisset: eamq; causam fuisse quamobrem senatus ultra repetundarum legem questionem de eo habuisset, qui senatus ut legum poenas remittere, sic etiam poterat intendere. Atque ita Romani Græcorum more ad

ad clepsydram orabant. Qui mos (ut opinor) inualuit Ciceronis ætate: quanquam in causa Rabyrij in semihoræ circulum ab Labieno accusatore coactum se esse Cicero ipse conqueritur. Neq; uerò semper ad clepsydram dicere iubebatur, sed sæpe libera actiones erant: ut ex Plinio ostenditur lib. vi. Epist. Iam illa periucunda unâ dicentibus, quòd Regulus libera tempora petebat, quòd audituros corrogabat: quid denique iucundius, quàm sub alterius inuidia, quandiu uelis, & in alieno auditorio, quasi deprehensum commodè dicere? His enim uerbis significat cum qui libera dicendi spatia petebat, itidem aduersario concedere: ita ut is qui respondebat, posset uel longiorem uel breuiorem orationem habere citra inuidiæ aut pudoris periculum, cum ex tempore respondere uideretur, palamq; ea corona quam ipse Regulus inuitauerat. Et rursus, Nam postquam obiit Regulus, illa increbruit & inualuit consuetudo, binas uel singulas clepsydras interdum & dimidias dandi & petendi. nam qui dicunt, egisse malunt quàm agere: & qui audiunt, finire quàm iudicare. Et rursus, An nos sapientiores maioribus nostris? nos legibus ipsis iustiores? quæ tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur: nos paucioribus clepsydris precipitamus causas, quæ diebus explicari solebant. Quanta autem clepsydræ mensura fuerit, mihi non constat. Et illud ipsius Plinij de xii. clepsydris, uarie in exemplaribus legitur: nec horæ illæ (ut opinor) æquinoctiales fuerunt, quales nunc obseruamus, sed temporales erant atque uulgares. hoc Græci τὸ πρὸς ὕδωρ μεμετρημένον λέγειν dicunt. unde illud Demosthenicū: ἀναστὰς ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι ἐπᾶτω, dicat (inquit) uel ad clepsydrā meam. Apparitor autē, qui aquam infundebat & huic ministerio præfectus erat, ἐφύδωγ

Ad clepsydrā orare.

Interdum libera dicendi tempora dabantur.

Plures clepsydræ dabantur actoribus causarum.

Aquam per-
dere.

Iudicandi neces-
sitas inter mu-
nera persona-
lia habebatur.

appellabatur. & prouerbiū inde natum, ὕπερ τὸ ὑδωρ
ἐκ χλοῦ μὲν ἔτι πῆρ. Supra clepsydram dicere, & præter
aquam, & aquā perdere apud Quintilianū in x1. aliq;
non pauca. Ad iudiciorū etiam Romanorū morem intelli-
gendum, unde copia magna Latinarū locutionum existit,
ea quoq; pertinent, quæ nos pridē de ampliatiōe & cō-
perendinatione diximus, alijsq; forensibus uocabulis: quæ
hic repetenda nequaquā aut perstringenda duximus. De
centumuiralibus etiam causis confessuq; centumuirali satis
explicatum est, quē idem Prætor in quatuor hastas coge-
bat. Dictum uerò Iurisconsulti hoc in loco de decurijs iu-
dicum intelligendum censeo: hoc sensu, ut equites Ro. uel
senatores alijsq; in decurias distributi, quorum scilicet no-
mina in albo decuriarū scripta, ad ærariumq; delata erāt:
parere Prætori consilium cogenti ad iudicium publicum
exercendum astringerētur. Inde illud Plinianū lib. 1111.
Epist. Eia tu (inquit) cum proximē res agentur, quoquo
modo ad iudicandum ueni. nihil est quòd in dexterā aurem
fiducia mei dormias: non impune cessatur. Ecce Licinius
Nepos Prætor acer & fortis, mulctam etiā dixit senato-
ri egit ille in senatu causam suam: egit autem sic ut de-
precaretur, remissa est mulcta: sed timuit, sed rogauit, sed
opus uenia fuit. Dices, Non omnes prætores tam seueri.
Falleris: nam uel instituere uel reducere huiusmodi exem-
plum non nisi seueri possunt: institutū reductum ue exer-
cere uel leuissimū possunt. Idem ad Traianum, Cum cita-
rem iudices domine conuentum inchoaturus, Flauius Ar-
chippus uacationem petere cœpit ut philosophus. Fuerunt
qui dicerent non liberandum eum iudicandi necessitate,
sed omnino tollendum de iudicum numero. Hæc Plinius
ad Traianum scripsit cum esset in Asia. Cicero in quinta
Philip.

Philip. legem iudiciariam ab Antonio latam irridens, ter-
tiamq; iudicum decuriam ex aleatoribus & Grecis exu-
libus conscriptā: Sunt itē (inquit) lecti iudices, qui fortasse
excusabuntur. habent enim legitimam excusationem: exilij
causa solū uertisse, nec esse postea restitutos. Qui autē iu-
dex de cōtrouersia aliqua cognouisset, is sententiam ferre
cogebatur, nisi iuraret de causa sibi non liquere. cuius rei
exemplū est apud Gellium lib. x111. quod nos alibi adno-
tauimus, cum de die diffundendo scriberemus. Eodē etiam
pertinet id, quod Cicero in oratione pro Rabyrio dixit,
equestrem ordinē illo capite legis repetundarū non tene-
ri, si quis ob rem iudicandam pecuniam accepisset: sed se-
natores tantum teneri. eamq; eius differentie causam esse
affirmat, quòd post iudicia ab Senatu ad equites translata,
senatores iudicandi necessitate non obstringerentur, equi-
tes astringerentur. cuius orationis locum trāscribere quo-
niam longum esset: duos tantum uersus citabimus: Tu ta-
men es iudex, ut ego senator, ita est: sed tu istud petisti:
ego hoc cogor. quare aut iudici mihi esse non liceat. aut
legem lege senatoria non timere. Apud Athenienses etiam
hoc munus iudicandi necessarium fuisse ut militandi, ex De-
mosthene intelligimus in tertio Olynthiacōn, Ὅλως ἢ οὐτ'
ἀφελῶρ οὐτε προθεῖς πλὴν μικρῶρ, τὴν ἀταξίαν ἀνε-
λῶρ, εἰς τάξιμ ἡγάγομ τὴν πόλιν τὴν αὐτὴν, τὴ λαβῆμ,
τὴ στρατεύεσθαι, τὴ δικάζειμ, τὴ ποιῆμ τὴθ' ὅ, τι καθ'
ἡλικίαν ἕκαστ' ἔχει. Ad summam nec addens nec demens
præter pauca, immunitatis tantum licētia sublata, in eundē
ordinē ciuitatē redegi: æqua ut cōditione capiant, militent,
iudicēt: id deniq; faciant quod quisq; per ætatem facere po-
test. Iudicantes autem iudicandi mercedem τὸ δικαστικὸν sportula iudic-
accipiebant, hoc est sportulas iudiciales, quod Aristopha-
ciales.

nes τριώβολον appellat. Sicq; in prouincijs factitabatur, quæ Romano imperio regebantur, ut ex ea epistola Plinij ad Traianum ostenditur: omniaq; ad iudicia publica priuataq; pertinentia, in prouincijs ad Romanæ urbis exempli ordinata sunt tandem, ut ex Cornelio Tacito nouimus: qui lib. x i i. ita scribit, de Claudio principe loquens, Eodem anno sepius audita uox Principis: parem uim rerum habendā a procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset, ac ne fortuito prolapsus uideretur, senatus quoque consulto cautum plenius quā antea et uberiorius. Nam diuus Augustus apud equestres, qui Aegypto præsidere, lege agi, decretaq; eorū perinde haberi iusserat, ac si Romani magistratus constituisset. Mox alias per prouincias et in Vrbe pleraq; concessa sunt, quæ olim a Prætoribus noscebantur. Claudius omne ius tradidit, de quo toties seditione aut armis certatum, cum Sempronij rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursus Seruiliæ leges senatui iudicia redderent, Mariusq; et Sylla olim de eo uel præcipue bellarēt. Per Sempronias rogationes leges Gracchi significat: de quibus antè diximus. Non est autem intelligendum quod omnes qui equites erant Roma. iudicarent: sed ij demum qui ex equestri ordine condecuriabatur. nam quatuor decurijs iudicium quintam Caius princeps addidit. Quum uerò etiam tum grauatè equites iudicarent, sextamq; adijci decuriā a Galba precarentur: non modo Galba negauit, sed etiam concessum a Claudio beneficium, ne hyeme initioq; anni ad iudicandum euocarentur, eripuit. Propterea sub Augusto, cum decuriæ uix essent millenariæ, per paucitatem equitū Ro. equester ordo sub Tyberio ius annulorum aureorū obtinuit constituto censu quadringentorum

Quinque iudicium decuriæ.

millium

millium: de quo in libro de Aſſe diximus. Vnde factum est ut in eum ordinem certatim transfiretur: et (ut Plinij uerbis utamur) gregatim id insigne appeti coeptum. Propter quod Caius princeps quintam decuriam adiecit: tantumq; natum est factus, ut quæ sub diuo Augusto impleri non poterant decuriæ, non caperent postea eum ordinem. Cæterum animaduertendi in facinorosos ea erat ratio, ut prium ad triumuiros capitales crimina deferrentur: hi ut ad Prætores delata referrent. Prætor iudiciū confessumq; congeret, iudicesq; in consilium mitteret: Triumuiros capitales rursus decretum consilij exequerentur. Valerius lib. v. Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad triumuirum, a triumuiro ad Prætores, a Prætores ad consilium iudicum perlata. Idem alibi, Sanguinis ingenui mulierem Prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam, triumuiro in carcere necandam tradidit. Alibi, Ut suspectus (inquit) in parricidio, et ob id latens per triumuirum conquiretetur. Liuius, Triumuiris capitalibus mandatum ut uigilias disponerent per urbem, Cicero pro Cluent. Liberti Asinij in Aulium inuadunt, et hominem ante pedes Quinti Manlij, qui tum erat triumuir, constituunt. Atque ille continuo nullo teste, nullo iudice, recentis maleficijs consciētia perterritus, omnia ut paulo antè dicta sunt, exponit: Asiniumq; a se interfectum fatetur. Pomponius in cap. altero, De origine iuris, ait eos fuisse constitutos, ut cum animaduerti in aliquem oporteret, interuentu eorum fieret. His similes erant Athenis undecim numero uiri, quos νομοφύλακας uocabant: alij ipsi νομοφύλακες ab ijs de quibus in priore editione differuimus. quorum undecimuirorum Aristoteles in v. 1. Politicōn meminit, ut custodijs præsectorum: simileq; erat Romæ triumuiris permit-

Ratio animaduertendi olim in flagitiosos homines. Triumuiros capitales.

Undecimuirum Athenis.

00 4 ti, at

ti, ut Atheis undecimuiris. Xenophon in pri. τῶν ἑλλήνων κῶν, ἀπὸ τῆς δόξης αἰνῶς ἀδικεῖν, θανάτῳ ἡμιώσαι, καὶ τοῖς ἑτέροις δίκαια παραδόναι. Et apud Demosthenem κατὰ Τιμοκράτους. Eò autem temporis lapsu usus processit, ut prouinciarum præfides, quos ἐπάρχης Græci uocant, iudices appellati sint. Lampridius in Alexandro, Iudices cum promoueret, exemplo ueterum, ut et Cicero docet, argento et necessarijs instruebat: ita ut præfides prouinciarum acciperet argenti pondo uicena, phialas senas, mulos equosq; binos, uestes forenses binas, domesticas singulas, aureos centenos, coquos singulos. Sic accipitur iudex in l. Quisquis, Si certum petatur, Cod. et in titulo, De cursu publico, et alijs quibusdam in locis. Erant etiam dies certi iudiciales, id est νομοσιμοι: quorum meminit Capitolinus in M. Philosopho his uerbis, Fastis dies iudicarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibusq; disceptandis constitueret. Deos autem iudiciorum præfides Castorem et Pollicem antiqui in foro constituebant. Quare Cicero in fine Verrinarum deos inuocans, Vosq; (inquit) omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum iudiciorumq; arbitri et testes, celeberrimo in loco prætorij locati Pollux et Castor: cæteros ite deos deasq; omnes implo-ro atque obtestor. et reliqua. Ex ipso autem in oratione pro Cluentio, conijcimus sententias interdum à iudicibus palam ferri solitas esse, ut hodie fit, duntaxat si uel actor uel reus hoc postulasset. quorum iudicium ut nomē primum cuiusque ex urna exierat, ita is primus sententiam rogabatur. Consurgunt (inquit ille) iudices in consilium: cum sententias Oppianicus (quæ tum erat potestas) palam ferri uelle dixisset, ut Stalenus scire posset, quid cuique deberetur. uaria iudicium genera: nummarij pauci, sed omnes irati: ut qui

Dies iudiciales.

Dij iudiciorum præfides.

Sententia interdum palam ferebantur.

accip

accipere in campo consueuerunt, ijs candidatis quorum nummos suppressos esse putant, inimicissimi esse solent. Sic eiusmodi iudices insti tum reo uenerant: ceteri nocentissimum esse arbitrabantur: sed expectabant sententias eorum quos corruptos putabant, ut ex ijs constituerent, à quo iudicium corruptum uideretur. Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo et Staleno et Guttæ esset iudicandum. Summa omnium expectatio, quidnam sententiæ ferrent leues ac nummarij iudices: atque illi omnes sine ulla dubitatione condemnant. Hactenus Cicero. Cuius uerba ut intelligantur, scire oportet Oppianicum fuisse reum: Stalenum autem unum ex iudicibus fuisse, qui iudices ipse aut magnam eorum partem corrupendos redemerat. Sequitur in eodem loco Ciceronis, Hic tum iniectus est hominibus scrupulus et quædam dubitatio, quidnam esset actum. deinde homines sapientes ex uetere illa iudiciorum disciplina, qui neq; absoluerent hominem nocentissimum possent, neque eum de quo esset orta suspicio pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare uellent, non liquere dixerunt. Ex quo loco id ostenditur quod alibi diximus, eos qui condemnare nolent, hoc modo defungi posse iudicandi necessitate. Quòd uero plerunque tabellæ clam conijcerentur, ex eadem oratione patet: Itum est (inquit) in consilium: omnibus sententijs præter unam quam suam Stalenus esse dicebat, Scamander prima actione condemnatus est. Illud uerò memorabile, quod in sententijs ferendis non reum crimen admisisse pronūciabant, sed admisisse uideri. Id quod à Cicerone significatur in Verrem actione sexta: quo in loco Verri obijcit, quòd fugitiuos bellum molientes in Italia comprehensos, de consilijq; sententia damnatos, ipse post pœnæ exemerit: O præclarum (inquit)

Non liquere de causa interdum dicebant.

Videri crimen admissum pronūciabant, quasi coniectura uerentes.

00 5 Imper

Imperatorem. comprehendi iussit: quis non pertimescatis causam dicere dominos: quid seruis tam formidolosum fecisse uideri pronunciauit: ortam uidetur flammam paucorum dolore ac morte restinxisse. quid deinde sequitur? uerbera atque ignes: & ad metum ceterorum, cruciatu & crux. hisce omnibus sunt liberati. Sic Plinius libro xiiii. Gn. Domitius iudex pronunciauit mulierem uideri plus uini bibisse quam ualetudinis causa, uiro insciente: ac dote multauit. Cuius rei exemplum est in cap. i. supra, Ad Turpil. Queri (inquit Marcellus) possit: si ita fuerit interlocutus, Lucius Titius temere uideatur accusasse: an calumniatorem pronuntiasse uideatur. Idque non in iudicando modo prisca, sed testificando etiam obseruabant. Cuius instituti originem ex Academicorum opinione emanasse, Cicero docere uidetur circa finem Academicarum questionum. de Academicis enim loquens, qui scientiam ex catalepsi ortam a rebus humanis tollebant, ita inquit, Quam rationem maiorum etiam comprobant diligentia: qui primum iurare ex sui animi sententia quengue uoluerunt: deinde teneri si sciens falleret, quod inscientia multa uersaretur in uita. Tum qui testimonium diceret, ut arbitrari se diceret etiam quod ipse uidisset: que que iurati iudices cognouissent, ea non ut esse facta, sed ut uideri, pronuntiant. Ex eo more est illud Vlpiani tract. De iure fisci, Cum quidam capitis reus emancipasset filium, ut hereditatem adiret: rescriptum est non uideri in fraudem fisci factum, quod acquisitum non est. Postremo quod de decurijs iudicum, de que iudicandi necessitate dictum est, ita intelligendum arbitror, ut tam rerum priuatarum iudices in decurijs quam publicarum essent.

Etenim

Etenim Tranquillus in loco superius citato, Ad tres iudicum decurias (inquit) quartam addidit, que ducenarium uocaretur, iudicaretque de leuioribus summis. quam appellationem non causarum estimatione, sed a censu potius ortam esse opinor: ut fuerint ducenarij iudices, qui dimidium census equestris possidebant: licet procurator ducenarius apud Cyprianum de Martiale aliter accipi uideatur. Gellius etiam causarum priuatarum meminit his uerbis lib. xiiii. Quo primum tempore a Prætoribus lectus in iudices sum, ut iudicia que appellantur priuata susciperem: libros utriusque lingue de officio iudicis scriptos conquisiui. Et rursus Tranquillus in Claudio, Is qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. His addendum existimaui, quod haud scio an per paucis animaduersum sit: nos autem antea strictim adnotauimus, quod cum in iure dicunt oratores, apud Prætorum intelligere debemus. ut apud Ciceronem lib. i. de Oratore, Nam uolitare in foro, herere in iure ac Prætorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de facto, sed de iure certetur: iactare se in causis centumuiralibus, insignis est impudentie. Unde locus ille Ciceronis in secundo Rhetoricorum clarioris erit intellectus: de translationibus enim loquens, quas Iurisconsulti exceptiones & præscriptiones uocant, ita inquit, Atque in nostra quidem consuetudine multis de causis fit, ut rarius incidant translationes. nam & Prætorij exceptionibus multe excluduntur actiones, & ita ius ciuile habemus constitutum, ut causa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit. Quare in iure plerunque uersantur. ibi enim & exceptiones postulatur, & certo quodam modo agendi potestas datur: & omnis con-

ceptio

In iudicio. ceptio priuatorum iudiciorum constituitur. Quae autem in ipsis iudicijs rarius incidunt, eiusmodi sunt, ut per se minus firmitudinis habeant. Quibus uerbis significat constitutionem causae translatiuam (quam finem tum declinatorium, tum non procedendi hodie pragmatice iudicesq; uocitant) raro in iudicijs Romanis incidere & agitari solitam: propterea quod & petitiones & exceptiones à Praetore ante iudicia ipsa constituebantur, & quodam uelut praescripto formulam suam accipiebant: unde fiebat, ut sicut agendi formulam actor, ita praescribendi & excipiendi defensor apud tribunal impetrandam haberet: si quidem eiusmodi esset causa nata quae exceptionem admitteret. Iudiciorum autem appellatione recuperatoriam iurisdictionem Cicero intelligi uoluit. Praetor enim post constitutum iudicium recuperatores dabat: quibus iurisdictionem mandabat priuatarum causarum, qui delegati iudices postea appellari coepti sunt à recentioribus. delegatae enim iurisdictionis uocabulo Papinianus usus est in tractatu, De officio eius, cui mandata est iurisdictione. Recuperatorij iudicij exemplum est apud Ciceronem in oratione pro Cecinna, quam orationem ipse apud recuperatores perorauit: sponsione facta interdicto Vnde ui. s. 1. autem et N. 1. particulis Praetores utebantur in coceptionibus iudicij recuperatorij, ut apud Ciceronem in Frumenta. Iudicium erat, si pateret iugera cuiusmodi fundi esse plura, quam colonus esset professus, tum Xenon dānaretur. Xenon recuperatores de cohorte latronum sibi parari uidebat: tamen iudiciū accepturū se esse dicebat. Et in Diuinatione, Vocari ad se Agonidem iubet: iudicium dat statim, si pateret eam se & sua Veneris esse dixisse: iudicant recuperatores id quod necesse erat: neq; enim erat dubium cuiquam quin illa

Recuperatoria iudicia.

illa dixisset. Iste in possessionem bonorum mulieris mittit: ipsam Veneris in seruitutem adiudicat. Ex quibus uerbis satis liquet, quo modo Praetores & quatenus iurisdictionē mandare soliti sint. Et pro Cecinna, Ad hoc quidā iam uetus est, & maiorum exemplo usitatū, ut cum ad uim faciendam ueniretur, si quos armatos, quāuis procul conspexissent ut statim testificati discederent: optimē sponsionem facere possent, ni aduersus edictum Praetoris uis facta esset. Constitutionis uero Praetoriae quod quidem ad formulas actionū & interdictorū pertinet, multa sunt in libris Pandectarū uestigia: ut in tractatu, Vti possidetis, De cloacis hoc interdictum non dabo: neque pluris quam quanti ea res erit, intra annum quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittā. De exceptionibus constituendis est locus in secundo Rhetoric. Agit is cui manus praecisa est iniuriarum: postulat is qui cum agitur à Praetore exceptionem: extra quam si in reum capitis praedictum fiat: hic is qui agit, iudicium purum postulat: is qui cum agitur, exceptionem addi ait oportere. Questio est, accipiendū sit an non. ratio: non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficij, de quo inter sicarios quaeritur, praedictum fieri. Haecenus ille. Recuperatoribus similes erant apud Graecos qui δίκωνται uocabantur: non αἰρετοί, sed κληρωτοί. hodie huiusmodi iudiciorum constitutiones principalibus rescriptis fiunt, à nostroq; collegio postulantur, duntaxat nisi cancellarius adsit, cuius earum rerum summa est cognitio. Iudicia igitur Cicero in loco superius prolato priuata & recuperatoria intelligi uoluit, ut in primo de Oratore, Alterum est quod remoto foro, concione, iudicijs, senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis & humanitatis esse perfectū. hoc loco iudicia publica intelli-

De exceptionibus.

gimus

Forum.

Subsellia.

gimus. pro quo paulò superius subsellia dixerat: Ne semper forū, subsellia, rostra, curiamq; meditare. Forū hīc priuata iudicia intelligo: ac si dixisset, iudicia priuata publica q; cōciones & sentētiās in senatu dicēdas. Plinius in epistolis, Vt mihi Attilius noster expresse dixisse uideatur: sic in foro pueros à centūuiralibus causis auferri, ut ab Homero in scholis. Fori tamē appellatione, interdum subsellia intelliguntur: hoc est iudicia publica quæ in foro Romano exercebātur sub diuo, ut uidetur ex Fabio lib. x. his uerbis, Quod accidisse Portio Latroni traditur, ut cū ei summam in scholis opinionem obtinēti, causa in foro esset orāda: impensē petierit, uti subsellia in Basilicam transferrentur: ita illi coelum nouum fuit, ut omnis eius eloquētia cōtineri tecto ac parietibus uideretur. Sic apud Athenienses ἡλιαία uocabatur μέγιστον δικαστήριον, ex eo quòd subsellialis esset cōfessus, διὰ τὸ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ καθέζεσθαι τοὺς δικαστάς. Iudiciū autē merces erat, τριώβολον siue ἡμιδραχμῶν duo sestertij Romani, quæ pecunia è publico dabatur. Aristophanes ἰπποδυσίῳ, ὡ γέροντες ἡλιασταὶ φράτορες φρωβόλας, οὓς ἐγὼ βόσκω κενραγῶν. & plenius ἐρσφνηξίῳ: summa enim uectigaliū & tributorū collecta ad duo milia talentorū, ita subdit, ἀπὸ τούτων νῦν μισθὸν κατὰ θεὸς τοῖσι δικασταῖς ἐξ ἑξαχιλιάσιμ: & sex milibus centū et quinquaginta talenta attribuit. Vt autē τὸ δικαστικὸν dabatur τοῖς ἡλιασταῖς, & iudiciātibus τὸ φρωβόλον: sic τὸ συνηγορικὸν patronis, & causidicis ἡμιδραχμῆν stipēdiū diurnū, q̄ decē erāt sorte lecti, et erat annuus magistratus. Aristophanes ἐρσφνηξίῳ de iudicibus loquēs, ὡς ὅς τις ἀρ ὑμῶν ὑγερὸς ἔλθῃ τῶ σημείῳ, τὸ φρωβόλον δ̄ κοιμῆται, αὐτὸ δ̄ φρωβὸν τὸ συνηγορικὸν δραχμῶν, καὶ ὑγερὸς ἔλθῃ. His addā, quod ut Romæ Prætor iudicijs centūuiralibus & publicis præerat

præerat: sic Athenis Thesmothetæ τοῖς ἡλιασταῖς, quod magnum erat δικαστήριον, & iudices è sua quisque tribu sortiebantur, & ita in eos imperium habebant, ut etiam eijscere è confessu possent si ad horam nō affuissent. Aristophanes, καὶ ἔργη μεσημβρινὸς, δ̄ δλεῖς σ̄ ἀποκλήσει θεσμοθετης τῆ κικλίδι. Idem alibi, εἰ τις θύρασιμ ἡλιαστης εἰσῆτω. ὡς ἡνίκα ἀρ λέγωσιμ δ̄κ εἰσφρήσομεμ. Morem autem Atheniensem in exercendis iudicijs publicis Cicero in 1. de Orat. refert, de damnatione Socratis loquens, quod quidem ad sententiā ferendam in reos iam conuictos pertinet. Moris enim fuisse ut reus ipse rogaretur, quam pœnæ æstimationem meruisse se confiteretur, nisi res planè capitalis esset, cuius quæstio exercebatur.

Thesmotheta.

Sequitur in eodem cap. Mastigophori quoque, qui anothetas in certaminibus comitantur. Legendum Agonothetas. Sunt autem ἀγωνοθέται οἱ τῶν ἀγῶνας εἰς διατιθέμενοι, ut inquit Eustathius, certaminum præfides atque moderatores. Spartianus in Hadr. Multa in Athenienses cōtulit, & pro agonotheta resedit: & uerbum ἀγωνοθετῶ, Demosthenes in Philip. 1 1 1. Et Thucydides αἰτιοὶ δὲ ὑμῖν κακῶς ἀγωνοθετῶντες. & munus ipsum agonothesia dicitur. Dicuntur & athlothetæ: ut alibi diximus. Decemuiri erant sacrorum certaminum præfides, singuli singulis è tribubus. Horum ergo lictores erant mastigophori, id est flagriferi, ad summouendam turbam & cohibendas seditiones.

Agonothetes.

Athlothetes.

Mastigophoros.

IN §. sequenti, Elemporia & ospitatura apud Alexandrinos. Lego elæmporia, id est olei publicè coemendicura, ut supra dictum est: & ospirionia. ὀσπριῶναι enim sic dicuntur, ut ὀπωρῶναι, σιτῶναι. Ospirionæ sunt qui comparandis leguminibus creati sunt, & ospirionia munus ipsum: nihil enim aliud congruentius huic loco in mentem nahi uenit.

Elæmporius.

Ospirionæ.

Agminales equi.

uenit. Quod autem inferius sequitur, Veluti agminales equi: ego ταγματικὸς intelligo, qui agmē exercitus sequuntur ad conuehenda impedimenta. nam agminales τῶν ἀγελαῖς intelligere hic non congruit. Quod sequitur inferius, Mixta munera decaproticos decaprotiæ: ex antiquorum obseruatione ita esse legendum tandem animaduerti, Decaprotiæ, icosaprotiæ, uel Græcè δεκαπρωτέας, εἰκοσαπρωτέας. Et inferius, Nā decaproticos à protis tributa exigentes, legendum, Nam decaproti & icosaproti, id est decemprimi & uigintiprimi. Hi decemprimi uocantur in titulo De domest. & protect. ut pentaproti quinqueprimi in cap. 11. De priuilegijs eorum, qui in sacro pal. mili. Decaprotia igitur est decemprimatus. Sunt autem uerba municipalia. Cicero pro Roscio, Itaq; decurionum decretum statim fit, ut decemprimi proficiscantur ad L. Syllam: doceantq; eum, qui uir Sex. Roscius fuerit. Idem, Venit in decemprimis legatus in castra Capito. Et in Ver. Magistratus & quinqueprimi accitu istius euocatur. Eodem modo icosaprotia uigintiuiratus dicitur. Fortasse autem qui à nobis x 11. Pares Franciæ nunc dicuntur, Duodecimprimi ab initio uocati sunt. ut cunq; sit, duodecimprimatus uel decemuiratus & alia, non absurde diceretur, etiam si Patritiatus appellatio ad uerbum patrium alludere uidetur, ut alibi diximus. Enimuero quando munerum publicorum diuisio, quasi per syluam ab Arcadio tractata mihi esse uidetur, si quis post eum ab Aristotele huius tractatus rationem mutuari non grauetur, atque in summam redigere: expeditior erit explicatio, & doctrinæ propior. Is igitur τῶν ἀρχῶν, id est magistratuum officiorum ue municipalium duo genera summa facit: unum necessarium, sine quo ciuitas consistere non potest, oppidumq;

Decemprimi, uigintiprimi, quinqueprimi.

Uigintiuiratus. Duodecimprimi Franciæ.

Munerum publicorum summa diuisio.

dumq; habitari: alterum sine quo dedecore habitari. quod genus ipse πρὸς ἀνταξίαν ἢ κόσμον appellat, quasi ad ordines commodè distinguendos moresq; componendos inuentum. Prius illud genus circa res diuinas bellicasq; uersatur: circa uectigalia impendiaq; publica: circa forum & urbem, portus & regionem uniuersam: circa iudicia, commercia, professiones, exactiones, custodias, ratiocinationes, recensiones: deniq; circa rationes referendas ab ijs qui procuraciones & magistratus gesserunt: & postremò circa id quod in commune consulit, quæ Curia uocatur. At inter ea munera quæ maximè necessaria sunt, prima est Astynomia, quasi quædam lex urbica, quæ de rebus statuit, quo sub genere multæ formæ continentur, plusculæq; in ijs ciuitatibus quæ populosiores sunt: in quibus singula munera peculiarem procuracionem poscunt. τῆχοςποιία muro-rum extruendorum curam profitetur: κρηνοφυλακία fontium custodiam atq; tutelam: λιμενοφυλακία portuū, quam Arcadius λιμεναρχία uocauit. Huius aliud est non absimile, nec minus necessarium, quod regionem suburbanam moderatur agrumq; urbi uicinum, ἀγρονομία ideo dicta, ipsiq; magistratus Agronomi dicuntur, ut illi urbici Astynomi. ἀποδέκται pecunias publicas cogunt: quales sunt qui à Latinis quaestores & coactores uocati sunt, quos hic Arcadius uerbum è uerbo ductum, susceptores appellat μνήμο-νες, quasi tabularij, uel à commentarijs atq; actuarij, munere funguntur in tabulas publicas referendi quæ opus est memoria mandari. σιτομέτραι in quarto Politicôn uocantur, qui erogandæ annonæ publicæ munus habent: qui mensores frumenti appellantur in capite, His honoribus, infra, De uacatione & excu. mun. Sunt & alia non minus necessaria, sed notæ maioris, quæ τὰς ἐν μείζονι σχήματι

Astynomia.

Agronomi.

pp τεταγ

τέταγμένας ἀρχὰς Aristoteles appellat, quasi maioris fisci
 gij speciē praeferentes: maioris enim experientiae fisci; pro
 bationem poscunt. Cuiusmodi sunt ea quae ad custodiam ciui
 tatis spectant, aut quae inter ea munia censentur, quae ad res
 bellicas constituendas inuenta sunt. Conueniens enim est &
 belli & pacis tempore, portarum murorumq; custodes esse
 & curatores. Esse item alios necesse est, qui ciuium recensio
 nem agant, in classesq; concenturient: τὰς ἐπιμελησάμεναι
 τῆς ἐξέτασεως τῶν πολιτῶν ἢ σωτῆξεως. Πολέμαρχοι
 sunt ad quos summa rei militaris refertur, & Polemarchia
 munus ipsum & magistratus uocatur. hodie Mareschallus
 appellamus (quasi maiores, hoc est iudices in caballo seden
 tes) uno tantum magistro equitum inferiores. hi uero Tri
 buni militum Latine possunt uocari, si quis Latine loqui ma
 lit. Sic etiam uocatur in capite, Officium, De re militari,
 Hipparchia praefectura est, & quasi magisterium equitum,
 ut Nauarchia nauiam. Λογιστὰι & ἐξέτασται ratiocinijs prae
 erant, ijsq; magistratibus ius reddunt, qui rationes ad era
 rium referre debent. ab ijs enim rationem administrate
 procurationis exigunt: Ναιοφύλακες sunt quibus tutela
 & sartatecta adium sacrarum commissa sunt. Alterum ue
 rò illud genus munerum quod ad decus & elegantiam ci
 uilis uite pertinet, ad morumq; formationem maiorem in
 modum humanitatis, institui ferè in ijs ciuitatibus solet, quae
 maiore otio fruuntur, commodioreq; uiuendi ratione sunt
 praeditae. Huius generis munia sunt γυμνασιονομία, νομο
 φυλακία, παιδονομία, γυμνασιαρχία, ἀγωνοθεσία. Haec
 est ferè summa munerum ab Aristotele positorum, qui
 bus quidem uocabula sint indita. Reliqua, quae permul
 ta sunt, uno procurationis nomine significantur: id est,
 τῆς ἐπιμελείας. Γυμνασιονομοί matronarum decentiae &
 modest

Polemarchi.

Gymnecono
mia.

modestiae arbitri sunt: de ijs pro potestate statuentes, ut
 ne muliebris mundus aut cultus matronalis in luxum eua
 dat, aut in habitum ab eo sexu dissentientem. Παιδονομοί
 educandis pueris instituendisq; curam impendunt, ut pueri
 ex more rituq; à maioribus instituto artes & ciuiles &
 bellicas edoceantur: ne cui sit liberum contra morem pa
 trium liberos instituere. Γυμνασιαρχία gymnasiarum prae
 sides sunt, quae primum ipsa exercendis inuenta corporibus
 deinde ad scholas Philosophorum translata sunt, & ad ex
 ercendos animos. πρὸς τῶν νομοφυλάκων satis alibi di
 ximus. Aristoteles autem in quarto Politicōn differentiam
 signare uolens inter magistratus, id est, ἀρχὰς & cura
 tiones munerum, ita inquit, Maxime autem (ut summa
 tum loquar) magistratibus appellare eos debemus, quibus de
 quibusdam consultare datum est & iudicare, ac pro pote
 state iudicare: praecipue uerò hoc ultimum. Iudicare enim ple
 niorem notam magistratus obtinet. Quibus autem hoc non
 licet, hos ἐπιμελήτας καὶ ἐπιστάτας uocat: quasi dicat cu
 ratores & praepositos.

Paidonomia.

Gymnasia
chia.

Magistratus
& curatores
praepositi.

IN cap. Semper. §. Conductores. De iure immunitatis.
 Quod proprius est defendere, nisi paria fisco fecisse di
 cantur. Lego, Quod proprius: & paria cum fisco. Proprius
 uerò aliquid esse dicimus, pro uerisimilius esse. Liuius libro
 secundo ab Vrbe: Id proprius fidei est: id est, magis creden
 dum. Paria autem facere, non est uerbum Hispanicum, ut
 Accursius dixit, sed usitatum Latinis autoribus. Columel
 la libro primo: Pecuniam domini uillicus neq; in pecore,
 neq; in rebus promercalibus occupet. Haec enim res auocat
 eius curam, & eum negotiatorem potius facit quam agri
 colam, nec finit unquam eum cum rationibus domini pa
 ria facere: sed ubi numeratio exigitur, res pro nummis

Proprius est.

Paria facere.

ostenditur, Plinius in Epistol. Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis: non feci tamen paria: atq; eò magis hanc cupio seruari, ut mihi soluendi tempora supersint. id est, nec tamen satisfeci, ac planè persolui acceptum ab eis beneficium; nondum plenas uices rependi. Et in Panegyrico; Parens tibi imperium dedit: tu illi reddidisti. Solus ergo adhuc es, qui pro munere tanto paria accipiendo fecisti, imò ultrò dantem obligasti. communicato enim imperio sollicitior tu, ille securior factus est. Idem alio in loco: Quod si quando cum influentibus negotijs paria fecisti: instar refectionis existimas mutationem laboris. id est, cum tu fungendo officio Principis negotijs explicandis, & peragendis parem te præstitisti non cedendo labori, Laurentius Vallensis aliter hoc uerbum interpretatus est in quinto Elegantiarum; sed exemplum ab eo citatum cum ijs que dixi non pugnabit, si quis animaduertat. Paria facere, ut Plinius Junior usus est, Græci dicunt τοῖς ὁμοίοις ἀπέβειναι. ut Demosthenes ἐπὶ τῷ πρὸς Λεπτίπυλον. Aristoteles, τοῖς ἴσοις ἀπέβειναι, in bonam partem. quanquam hoc uerbum apud eos in utranq; partem ualet, ut apud Latinos quoq; Columella in loco superius citato, & Callistratus hoc in loco, pro eo quod est accepti & expensi parem rationem facere, & reliquari nihil. Columella etiam parem rationem facere dixit.

parem rationem facere.

IN cap. ult. eod. tract. De iure immunitatis; Mensores, optio, ualetudinarij. Qui sint optiones hoc in loco, haud scio an facile quis dixerit. Varro in primo de Lingua Latina: Primi (inquit) singularum decuriarum decuriones dicit: quos ij primos administratos sibi adoptabant, Optiones uocari coepti, quos nunc propter ambitiones Tribuni faciunt. Festus: Optio (inquit) est optatio: sed in re militari is appellatur

Optiones.

pellatur, quem decurio aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum, quò facilius obeat officia publica. Idem: Optio, inquit, qui nunc appellatur, antea appellabatur accensus. Is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum: qui quia cooptare quem uelint Ceterionibus permissum est, ex facto nomen sortitus est. Nonius: Optiones, inquit, in cohortibus dicuntur, qui sunt honesti gradus, ut optatos, hoc est, electos: & adoptatos, hoc est, ascitos. Varro de uita patrum lib. 11. existimat appellatos: qui referentibus Centurionibus adoptati in cohortes subibant, ut semper plenæ essent legiones. a quo optiones Decurionum in turmis et in cohortibus Centurionum appellati. Ego potius hoc in loco optionem pro eo qui adiutor est Centurionis aut Decurionis acciperim: ut Plautus usus est, licet metaphoricè, in Asinaria: Optionem tibi sumito Leonidam. Fabricare quidus, quiduis comminiscere: perficito argentum ut habeat filius, amicae quod det. Optionem pro adiutore & uicario, quasiq; collega adoptato posuit: quo modo hoc eo capite, Optio fabricæ uocatur. Vegetius de re militari: Optiones, inquit, ab optando appellati sunt: quod antecedentibus egritudine præpeditis, ij tanquam adoptati eorū atq; uicarij solent uniuersa curare. Idem libro secundo: Habet legio fabros lignarios, lignarios, structores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquarumq; rerum artifices, ad hybernorum ædificia fabricanda, ad machinas turreq; ligneas, ceteraq; quibus oppugnantur aduersariorum ciuitates uel defenduntur proprie, præparatos. Habent fabricas scutarias, loricarias, arcuarias. & omnibus enumeratis demum subdit, Horum Iudex proprius erat præfectus fabrorum. Præfecti fabrorum multa est mentio apud autores. optiones autem in capite, Diuus, supra, De bonis damnato-

Præfectus fabrorum.

- rum, eos esse censeo quos Commentariensis qui dicitur, adiutores sibi sumpsit ad custodias obseruandas regendasq;
- Mensores.* Mensores (inquit idem Vegetius) sunt qui ad podisimum demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant: uel qui hospitia in ciuitatibus præstant. Podisimos est dimensio pedibus facta. Hi etiam metatores dicuntur. Et metari uerbum, et metata in titulo, De metatis, Codice. $\sigma\alpha\delta\mu\alpha\delta\eta$ Græcè dicitur. Cuius rei maximus erat usus Romanis in castris, ut docet Polybius. Valetudinarij medici sunt, qui ualetudine affectos curant: uel potius $\delta\iota\ \nu\omicron\sigma\sigma\omicron\kappa\omicron\mu\omicron\iota$, qui in ualetudinario ministerio funguntur: quod Græcè $\nu\omicron\sigma\sigma\omicron\kappa\omicron\mu\omicron\iota\omicron\upsilon$ dicitur. Columella libro duodecimo: Siue quis sauciatus noxam ceperit, adhibeat fomenta: siue languidior est, in ualetudinarium deducat. Veterinarij sunt $\kappa\acute{\iota}\nu\iota\alpha\ \zeta\omicron\iota$, hoc est iumentorum ueterinorumq; curatores et medici: qui idem ipsi soleas equis affigunt. Naupegi fabricatores sunt nauium.
- Aerarij seu excusores.* Aerarios uocat, quos Græci $\chi\alpha\lambda\kappa\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ dicunt, quos Quintilianus excusores appellat. Structores sunt fabri cæmentarij. Cicero ad Quintum fratrem: In aream tuam ueni: res agebatur multis structoribus. Longilium redemptorem cohortatus sum: domus erit egregia. Et ars structoria est $\delta\iota\kappa\omicron\delta\omicron\mu\iota\kappa\eta$ et $\tau\epsilon\kappa\tau\omicron\nu\iota\kappa\eta$. Structoriæ ministri sunt $\lambda\iota\delta\alpha\kappa\omicron\iota$, $\lambda\iota\delta\alpha\rho\gamma\omicron\iota$ et $\lambda\alpha\tau\upsilon\tau\omicron\iota$: uectarij, lapicidæ, et sculptores.
- Scandularij.* Scandularij sunt, qui scandulis hyberna contegebant. tabellæ sunt prætenues quæ tegularum uicem præstant, et robore aptissimæ et glandiferis alijs, inquit Plinius libro xvi. Cæterum, cum in hac nomenclatura uerba satis multa sunt corrupta, tum aquilices mendosè pro aquileges legitur, nisi Callistratus errore ductus, aquilices ab aquis eliciendis dictos esse putauerit. ut aqualicium, quod antiquum uerbum est, quasi aquæ elicium, tum à priscis usurpatum

patum, cum aqua pluuialis remedijs quibusdam eliciebatur, quod fiebat in magnis siccitatibus. Quale Parisijs solenne est fieri, cum fruges squallore enecantur ferculis à colle Genouesæ ad diuæ Mariæ in supplicationum pompa, obsecrationumq; transportandis. Aquileges autem ab aquis legendis dicti sunt, ut autor est Marcellus, artifices inueniendorum fontium, aquarumq; colligendarum ad aqueductus: idem serè cum ijs qui libratores uocantur in tractatu, De excusationib. artificum, libro decimo Codic. ab aquis librands dicti. Plinius ad Traianum, de aqueductu Nicomedentium loquens: In primis necessarium est mitti ad te uel aquilegem uel architectum, ne rursus eueniat quod accidit. Plinius auunculus lib. xxvi de Bechio, Eius duo genera. Syluestris ubi nascitur, subesse aquas credunt: et hoc habent signum aquileges. Idem libro xxxi. qualis sit ars aquilegij docet: quo loco de scrutandis aquis loquitur. Gladiatores hic, si uerbum mendosum non est, non $\mu\omicron\nu\omicron\mu\alpha\chi\omicron\iota$ sunt, qui ab lanista instituebantur: sed $\mu\alpha\chi\alpha\rho\tau\omicron\omega\iota\delta\iota$, hoc est, gladiarij et telorum artifices. Victimarij in comitatu castrensi erant ob hostias, quæ in sacrificijs cadebantur. Librarij depositorum ij erant, qui perscribebant quid quisq; apud signa deposuisset. Antiquitus enim (inquit Vegetius) institutum est, ut ex donatio quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa, ibidemq; militibus seruaretur, ne à contubernalibus per luxum absumi posset, inaniumq; rerum comparationem. Sepositio autem ista pecuniæ primum ipsis contubernalibus datur accommodata. nam cum publica sustententur annonæ, ex omnibus donatiuis augetur eorum pro media castrense peculium. Miles deinde qui sumptus suos scit apud signa sua depositos, de deserendo nihil cogitat: magis

Victimarij.
Librarij depositorum.

diligit signa: pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenij, ut pro illis habeat maximam curam in quibus suam uidet esse positam substantiam. Deniq; decem folles per cohortes singulas exponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus, in quo tota legio particulam aliquam conferebat, sepultura scilicet causa. Et ideo signiferi, non solum fideles, sed etiam literati homines eligebantur, qui & seruarent deposita, & scirent singulis reddere rationem. Hactenus ille. Fuit cum ego primipilum hunc uocatum esse existimarem in lege, Satis, Codice, Quibus modis pignus uel hypotheca tacite contrahatur. Et in lege ultima, De primipilo, lib. XII. nunc id dicere non auisim. Tranquillus in Domitiano: Geminari legionum castra prohibuit: nec plus quam mille nummos à quoquam ad signa deponi passus est: quod Lucius Antonius apud duarum legionum hyberna res nouas moliens, fidutiam coepisse etiam ex depositorum summa uidebatur. Pelliones à Pellibus conficiendis dicti sub quibus milites hyemabant. Cicero in Academicis: In quo magna rei militaris esse occupatio solet, ut non multum Imperatori sub ipsis pellibus otij relinquatur, id est, in stantiis.

Pelliones.

IN capite Qui liber à legatione abest: in tractatu, De legationibus, sic legit Accursius: & in omnibus sic legitur exemplaribus, ut opinor, post Accursium: sed tamen corrupte. Libera enim ablatiuus est, errore & ignorantia librariorum in duas uoces solutus. Legationes libera olim ornamenti tantum causa ab Senatu impetrabantur: quemadmodum honorarij magistratus à Principibus honestamenti causa conceduntur, tituloq; tenuis obeuntur & geruntur. Hæ autem ab ijs Senatoribus impetrabantur, quibus negotia futura erant in prouincijs: ut qui hereditates perseq

persequi aut legata, aut qui nomina exigere uolebant in prouincijs, legatorum personis acceptis commendabiliores controuersias haberent atq; fauorabiliores. quam obrem lege duodecim tabularum, id uetitum erat his uerbis: Rei sue ergo ne quis legatus esto. Quæ uerba Cicero enarrans libro de Legibus, ita inquit: Omitto quemadmodum isti se gerant atq; gesserint, qui legatione hereditates aut syngraphas suas persequuntur: quod est fortasse uitium. Sed quero, quid possit esse turpius, quam sine procuratione Senator legatus sine mandatis, sine ullo Reipublicæ munere? Quod quidem genus legationis ego Consul, quanquam ad commodum Senatus pertinere uideatur: tamen approbante Senatu frequentissimo, nisi mihi Lilius Trib. pleb. intercessisset, sustuliffem. minui tempus: & quod erat infinitum, annum feci. ita turpitudine manet diuturnitate sublata. Idem, de lege Agraria: Hereditatum obcondarum causa quibus uos legationes dedistis, qui & privati & priuatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neq; summa auctoritate præditi: tamen auditis profecto quam graues eorum aduentus socijs nostris esse soleant. Et contra Rullum, Legatos uestros auctoritate tenui: qui rerum priuatarum causa legationes obeunt: tamen extræ nationes ferre uix possunt. graue est enim nomen imperij: idq; etiam in leui persona pertimescitur: propterea quod uestro non suo nomine abutuntur. Idem ad Atticum libro xv. Habent (ut opinor) libera legationes diffinitum tempus lege Iulia. nec facile addi potest. Bella est autem huius iuris quinquennij licentia. Quibus uerbis conijcio interdum quinquennales dari solere legationes. Huiusmodi dantur hodie à Pontifice Romano. Huiusmodi etiam commentis nonnulli in Francia Principum literis in aulam ex urbibus euocantur, ut speciosas

sas causas absentiae habeant, & uiceversa à comitatu interdum in hanc urbem legatorum personae impetrantur, nescijs Regibus, quid ijs literis impetratis agatur. Libera etiam mandata legatis dare solebant: ut est illud apud Liuium libro septimo, de bello Macedonico: Audite & aliae legationes ex Asia sunt: quibus omnibus datum est responsum, decem legatos Senatui more maiorum missurum ad res Asiae disceptandas componendasq;. Summam tamen hanc fore, ut cis Taurum montem, quae intra regni fines Antiochi fuissent, Eumeni attribuerentur praeter Liciam Cariamq;, usq; ad Maeandrum amnem: eae ciuitates Rhodiorum essent. Deinde enumeratis decem legatis, quos Senatus decreuit. His, inquit, legatis quae praesentis disceptationis essent libera mandata de summa rerum Senatus constituit. Haecenus Liuius. Huiusmodi igitur legatis libera mandata de ijs rebus quae aliter decerni ac constitui, quam in re praesenti non poterant. Alij autem legati qui cum ea potestate non mittebantur, omnia Regum, prouinciarum, exterarum ue gentium postulata, integra ad Senatum uel referabant, uel postulantes ad eundem reiciebant, ut Cicero docet in duodecima Antoniana. De libero exilio nos iam diximus. Libera iurisdictio dicitur, cum is qui eam habet, non impeditur maiore aliqua potestate, quominus agat pro imperio, & lege agi iubeat. Tranquillus in Caligula: Magistratibus liberam iurisditionem, & sine sui appellatione concessit. Sic libera disceptatio rerum causarumq;: de qua alibi dictum est.

IN cap. Eundem. eodem. tract. Eundem plures legationes suscipere prohibitum non est: praeterea si & sumptus, & etiam itineris compendium subeat. Sic legit Accursius, licet alias suadeat legi adnotauerit. Ego uero omnino suadeat restit

Zibera mandata.

Zegati duorum generum.

Ziberum exilium.

Zibera iurisdictio.

Zibera disceptatio.

restituendum censeo, atq; eadem fiducia non praeterea, sed praesertim legendum: hoc sensu (quem Accursius ideo non percepit, quia compendij significationem ubiq; ignorauit) ut Iurisconsultus censuerit: tum demum aut tum maxime eundem hominem plures simul legationes obire concessum esse, cum uiatum ratio et itineris compendium hoc fieri suaserit: hoc est, cum minore dispendio plures simul obiri legationes, quam separatim & sigillatim possunt. Praesertim igitur legendum est, καὶ τὰυτα, uel praeterea pro eodem intelligendum more Graecorum, ἀλλωστε, quod utrumq; significat. Compendium lucrum est temporis pecuniae & operae. Plin. Compendium. lib. xvi. Subtilitas parsimoniae compendia inuenit, cum uinea in pastinato secatur, obiter seminariam faciendi. Idem: Arbuta pampinari non est moris, & hoc compendium operae. Papinianus in cap. Meuius §. Diuorum. De legatis secundo, Homini enim legatum orationis compendio singulos homines continet, (καὶ συντόμῳ τῆς λόγου. Inde compendiosa substitutio dicta. Pro breuitate & contractione uiae, μέθοδος Graeci dicunt, & Latini compendium: ut hoc in loco accipi debet. Augustinus libro nono, de Ciuitate eleganter usus est sententia memorabili. De seruatore enim loquens, ut inter diuinam humanamq; naturam interprete atque interuatore, summiq; et beatifici commercij proxeneta, ita inquit: Beatus enim et beatificus Deus, factus particeps humanitatis nostrae, compendium praebuit participandae diuinitatis suae. ἀνμερόδως παρέσχετο κοινωνῆσαι τὸ θεότητι αὐτῆς. Id est breui uia, & uno tantum gradu ut scanderemus ad immortalitatis participium, nobis facultatem dedit: non enim per naturam angelicam, sed per seipsum hunc gradum nobis fecit. Dispendium uiae compendio opponitur. quibus uerbis Innocentius tertius appositè usus est in capite,

Compendium.

Dispendium.

Qualiter

Qualiter tract. De accusat. quæ uerba Bernardus non intel-
lecta transmisit. Quoniam uerò in cap. sequenti fit mentio
Hostilij Mancinij, & quæstionem non satis explicauit Iu-
risconsultus: sicui uacet, hoc inquirere, adeat Ciceronem
libro secundo, de Oratore, quo in loco Crassus probare in-
stitit scientiam iuris Oratoribus esse necessariam. Et in ora-
tione pro Cecinna: Quid quem pater patratu deidit, aut
suus pater populus ue uendit, quo is iure amittit ciuita-
tem? ut religione ciuitas soluatur, cuius Romanus detrud-
tur: qui cum est acceptus, est eorum quibus est deditus. si non
accipiunt mancipio Numantini: retinet integram causam
& ius ciuitatis.

IN cap. altero, tract. De nudinis, non modò uerba Græ-
ca desunt, sed etiam in Latinis uerbis, quæ ex Platonicis de-
rta sunt, sententia mutilata est. Quare ut digna aliqua sen-
tentia ex hoc loco elici possit, rem paulò altius repetendam
duximus, ne locus frustra restitutus sit studiosis. Plato igitur
libro secundo, ciuili uel uitæ uel administrationis, uel,
ut Callistratus uertit, conuersationis, id est, πολιτείας, uel
etiam Reipublicæ ostendere uolens ciuitates humanæ con-
uersationis gratia communionisq; institutas, communio-
nemq; ipsam commodioris uitæ causa necessariò constitu-
tam, inducit Socratem cum Adimanto differentem de Repu-
blica, dicentemq; cogendarum in unum ciuitatum ex sparsa
quondam uagaq; hominum uita necessitatem auxiliij inuicem
præstandi initium attulisse: quippe quòd nemo unus secum
ipse agens uiuensq;, superesse sibi posset, sed multiplici ege-
ret ope. Proinde cum uita humana & ciuili uicissitudines
adminiculationū exposcat: necesse est, ut homines ferre opè,
& postulare mutuò assuescant. Id quod poëta Satyrogra-
phus his uersibus expressit, de brutis animantibus loquens,
Princip

Principio indulgit communis conditor illis

Tantum animas, nobis animum quoq; mutuum ut nos

Affectus petere auxilium & præstare iuberet:

Dissipos trahere in populum, & migrare uetusto

De nemore, & proauis habitatas linquere syluas:

Communi dare signa tuba, defendier iisdem

Turribus, atq; una portarum claue teneri. & reliq.

Huius communitatis societatis ciuili coëundæ causas Cice-
ro lib. 1. de Legib. copiosè explicuit, Plato uerò ad consocia-
tionem hanc constituendam ciuitatesq; ordinandas atq; tu-
endas, artifices uarios ascitos esse necessariò multis uerbis
differuit li. antedicto. Apud quem Socrates cum confessionē
(ut solet) disputando ab Adimanto expressisset, artifices ad
ciuitatem coniciendam tuendamq; esse necessarios: ad nego-
tios deinde hunc propè in modum transitum facit. Mul-
tis igitur nobis agricolis alijsq; opificibus opus est in ciuita-
te. A D. multis. S O C. Nimirum alijs quoq; ministris qui im-
portent exportētq; singula: et hi sunt negotiatores. non ne?
A D. Etiam. S O C. Et negotiatoribus igitur egebimus? A D.
Prorsus ijs quidem. S O. Quòd si mari negotiandum sit, per-
multis in super alijs ciuitas indigebit, utiq; qui norint operā
nauare maritimam. A D. Sanè quidem permultis. S O. Age ue-
rò: in ipsa urbe quonam tandem pacto impertient unus qui-
uis alteri suæ artis opificia: si quidem harū rerum gratia cō-
munitatem inuente, ciuitatem habitandam instituimus. A D.
Videlicet uenditandis et emptitandis rebus, S O. Et forum igitur
et munus in notam cōmercij eam ob rē instituentur. A D.
Admodum id quidem. S O. Nempe igitur agricolæ aut cuius
aliorum opificium, cum aliquid uenale in forum attulerit,
interim cessandum inerte crit, inibiq; desiderandum: nisi fortè
fortuna incurrerit in eorum ipse aduentum queis eius arti-
ficio

ficio opus est. A D. Minimè uerò. Sunt enim qui cum hoc uiderint, in hoc sese ministeriū protinus daturi sint: siquidem in rectè constitutis ciuitatibus debilissimo quique factitant, nullique alij operi accomodati: quibus in ipsis homines illic immorantes partim emptitare ab ijs oportet qui res uenales habent: partim rursus ijs, quibus emptis rebus opus est, easdem res pecunia indicare et addicere. s o. Nimirum hæc utilitas cauponum nationem nobis in ciuitate peperit: nisi non caupones uocamus id genus hominum, quod foro operam nauans, coemundis uendendisque rebus occupatum est. Illud uerò genus erraticum quod per urbes peruagatur, negotiatores utique appellamus. A D. Prorsus id quidem. Hæc enim Plato. Hunc uerò tractatum, Pandectarum conditores uel coagmentatores potius, ut alios fortasse tractatus nonnullos, perfunctorie atque oscitanter transmisisse mihi uidentur. Primum ecquod ieiunium est adeò argumentum, quod non latius tractari potuerit? Deinde quid minus coheret, quam caput hoc cum superiore, aut etiam cum titulo ipso: ut ad iuris quidem studiosos pertinere uideatur, aut pretiū aliquod operæ ijs allaturum? Mitto quòd uerba à Callistrato citata, duntaxat ut ex eorum interpretatione tum absurda tum mendosa conijciendum nobis relinquatur, ita concisè transcripta sunt ex Platone, ut sensus integer et congruus esse nequeat. Ipse uerò uerba Græca ita ut mihi restituenda uisa sunt, subiiciam: nec totum loci contextum transcribam.

Σο. Πληθόνων δὲ γεωργῶν τε καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν δεῖ ἡμῖν τῆ πόλει. Ἀδ. Πληθόνων γάρ. Σο. καὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων διακόνων πρὸς τῶν τε εἰσαξόντων καὶ ἐξαξόντων ἕκαστα, ἔτσι δὲ εἰσιρ δὲ ἐμποροὶ. ἢ γάρ; Ἀ. ναί Σο. τί δὲ δὲ ἢ αὐτῆ τῆ πόλει, πῶς ἀλλήλοισ μετὰ δώσασιν ὡς ἂν ἕκαστοι ἐργάζωνται, ὡς δὲ ἐνεκα κοινωνίαν ποιησάμενοι πόλιν

ὠκίστα

ὠκίστα μὲν; Ἀ. ἀλλὰ οὐ δὲ ὅτι πωλοῦντες καὶ ὠνόμενοι. Σο. ἄρ' ἔρ κερίας ὁ γεωργός εἰς τὴν ἀγορὰν τι ὡς ποιῆι, ἢ τις ἄλλ' ἢ τῶν δημιουργῶν, μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἢ καὶ τοῖς δευτέρους τὰ πρὸς αὐτῶν ἀλλάξασθαι, ἀργισθῆ τ' αὐτῶν δημιουργίας καθ' ἑαυτῶν; ἢ ἀγορῆ; Ἀ. ὁδ' αὖτως. ἀλλ' εἰσιρ δὲ τὸ ὄρεοντες, ἕκαστος ἐπὶ τὴν διακονίαν τὰ τῆσι ταύτων. αὐτῶν δὲ δὲ μὲν ὄντας αὐτῶν πρὸς τὴν ἀγορὰν, τὰ μὲν αὐτ' ἀργύριον ἀλλάξασθαι, τοῖς τι δευτέρους ἀποδοῦναι, τοῖς δὲ αὐτῶν αὐτ' ἀργύριον διαλλάττειν ὅσοι δέονται πείρασθαι.

s o. Multis igitur nobis agricolis aliisque opificibus opus est in ciuitate. A D. Multis utique. s o. Nimirum alijs quoque ministris importaturis exportaturisque; singula. et hi sunt negotiatores, non nec? A D. Etiam. s o. Age iam: ipsa in urbe quenam tandem pacto inter se comunicabunt sua quisque opificia: quarum rerum gratia communionem ineuntes ciuitatem collocandam duximus? A D. Rebus uenundandis (ut clarum est) emendisque. s o. Agricola igitur, cum in forum res sui artificij attulerit, aut si quis est alius opificum, suo ipsi ab opificio cessandum erit, in foroque sedendum? A D. Minimè uerò. Sunt enim qui hoc uidentes sese ad hoc statim munus conferant. Quos illic manenteis circaque forum agenteis, partim nummis liceri ab ijs oportet, quibus rebus ijs uenditis opus est: partim rursus nummis addicere, si quibus emptis opus est. Ad hoc autem dictum Platonis illud Plinij dictum pertinet lib. xviii. Rusticae tribus laudatissime eorum qui rura haberent: urbanae uerò, in quas transferri ignominiae esset et desidia, probro. Itaque quatuor solae erant à partibus urbis, in quibus habitabant, Suburbana, Palatina, Collina, Esquilina. Nundinis urbem reuiscabant: et ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Nundinis, inquit Festus, rustici conueniebant mercandi et uendendi causa: tumque nefas erat cum populo agi, ne interpellaretur nundina-

tores. Hermolaus Barbarus animaduertit in antiquis exemplaribus Plinij, legi: Et ideo comitia nisi nundinis haberi non licebat. quæ lectio huic dicto Callistrati conuenire uideatur: etiam si Festus refragatur. Et quanquam Hermolaus de ea lectione statuere nihil ausus sit: nos tamen eam confirmare ex Macrobio non magnopere uerebimur, qui libro 1. Saturnalium, sic inquit: Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas: ut octo diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure ad mercatum, legesq; accipiendas Romam uenirent: et ut scita atq; consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, singulis atq; uniuersis facile noscebantur. Ea re etiam candidatis usus fuit in comitium nundinis uenire, et in colle consistere, unde coram possent ab uniuersis uideri, sed hæc omnia negligentius haberi cœpta et abolita. Hætenus ille. Rem dubiam facit, quod comitium longè aliud fuit, quam comitia. Columella in præfatione operis: Nundinarum etiam conuentus manifestum est propterea usurpatos, ut nonis tantummodo diebus urbanae res agerentur, reliquis administrarentur rusticae: illis enim temporibus procures ciuitatis in agris morabantur, et cum consilium publicum desiderabatur, à uillis accersebantur in Senatum: ex quo qui eos uocabant, Viatores nominati sunt.

Uensilia. Cæterum quoniã hic dicitur, Si quis ipsos cultores agrorum uel piscatores deferre utensilia in ciuitatem iusserit: uidentium quid utensilium appellatione intelligi debeat. Idem Callistratus, De decurionibus, supra, Eos qui utensilia negotiantur et uendunt, licet ab edilibus cædantur, non oportet quasi uiles personas negligi. Ego utensilia χρησθήεα, σκεύη κὲ δὴκνήεα intelligo. ad officium enim edilium spectat iniqua uasa frangere. Iuuenalis: Et de mensura uis dicere

cere: uasa minora Frangere pannosus uacuis edilis ulubris. Hic uerò utensilia edulia annonaq; intelliguntur. nã et ediles inspectores erant annonæ. Inde iocus ille Plautinus, Neptunus ita solet, quamuis fastidiosus edilis est: si quæ improbe sunt merces, iactat omnes. quare à Græcis ἀγοράε=μοι dicuntur. Intrabant etiam balnea locaq; publice recipientis, munditiamq; exigebant, ut ex Seneca nouimus.

IN cap. Si quis, De pollici. Si decimam quis bonorum uouit: decima non prius esse in bonis desijt, quam fuerit separata. Ad intelligentiã huius loci sciendum est, moris fuisse apud antiquos, ut multi decimam suarum facultatũ Herculi uouerent. propter quod Plautus decimam partem appellat Herculanæam in Trinum. Iam de hoc obsonio deminui modò quinq; nummos partem appellat Herculanæam. Idq; pollucere dicebatur, ut alibi in enarratione eius uerbi diximus. Idem Plautus in Stichus, Hæc uenisse iam opus est quãtum potest, ut decimam partem Herculi polluceam, ἡ δὲ τὴν δεκάτην ἀποθύσω τῷ Ἡρακλεῖ ἐγὼ τὸν δῆμον. Hoc apud Roma. Syllam et Crassum fecisse auctor est Plutarchus: qui in Probl. δεκατέυειν τὰς δολίας appellat. aitq; hac potissimum causa locupletes olim id facere instituisse, quod longè excedentes opes ciuibusq; prægrauas, homines locupletissimi imminuere uolentes, quasiq; immodicè exuberantem extenuare plenioris corporis habitudinem, honorem se quã maximum Herculi habere hoc modo existimarũt, illumq; Deũ huiuscemodi redundantium opum consumptione atq; cõtractione magnopere letari, ut qui uictu nec lauto nec copioso nec immodico uitam egisset. Id à Græcis ad Delphicum templum esse factum apud Xenophontem legitur. Accursius et Bartolus hic decimã intellexerunt, qualis à nobis hodie agnoscitur. quã Vlpianus religionis ueræ ex-

Decimam bonorum Herculi dicabant.

Pars Herculanæa.

Pollucere.

pers nunquam nouit: sicut nec sacerdotium orthodoxæ religionis Modestinus in cap. Si quis, infra eodem hoc tract.

Munerarius. IN cap. Charidemus, eodem tract. Charidemus respondit ex epistola quā muneris edendi gratia absens quis emittit: compelli eum ad editionem nō posse. Accursius & Bartolus huius dicti absonum sensum commenti sunt Latine dictionis ignorantia. Munus præter notas significationes spectaculum etiam significat: cuiusmodi olim à magistratibus Rom. populo edebantur, quasi remunerationes publicè offerentibus honorum sibi collatorum à populo. Cicero lib. 11. de Offic. Itaq; & P. Crassus tum cognomine diues, tum copijs, sanctus est ædilitio maximo munere: magnificentissima uerò nosstri Pompeij munera secundo consulatu. nam Mamerco homini ditissimo prætermisso ædilitatis, cōsultus repulsam attulit. Lactantius lib. VI. Et primitus quidem uenationes, quæ uocantur munera, Saturno attributa sunt: ludi autem scenici Libero, circenses uerò Neptuno. De uenationibus nos in anterioribus diximus. Frequentius tamen apud auctores muneris appellatione gladiatores significantur: ut apud Tranquillum in Cæs. Edidit spectacula uarij generis, munus gladiatorium: ludos etiam regionatim urbe tota. Idem paulo post, Munere in foro depugnauit Eurius Leptinus stirpe pretoria. Et in Aug. Quodam autem muneris die Parthorum obsides, tunc primum missos per arenam mediam, ad spectaculum induxit. Plinius Iunior, Rectè fecisti qui gladiatorum munus Veronensibus uestris promissisti: à quibus olim amaris, suspiceris, ornaris. Sic Plinius usus est, ut Vlpianus hoc in loco. Inde *Munerarius.* munerarius dictus muneris gladiatorij exhibitor. Tranquillus in Domiti. Patremfæ. quod Thracē Mirmiloni parem, munerario imparē dixerat, detractū ē spectaculis in arena canibus

canibus obiecit. Quibus uerbis munerarius Demitianus dicitur ut ludorū exhibitor: à quo Thrax coactus fuerat depugnare. hoc enim significat imparem ei fuisse. quæ figura sermonis exitialis homini intempestiuè facta fuit. Plinius lib. XXXIII. sine adiectione dixit ut Tranquillus, sed pro serarum spectaculo: Cæsar (inquit) qui postea dictator fuit, primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arene argenteo usus est: serasq; argenteis uasis incessuere tum primum.

IN cap. Ex pollicitatione: Si bona liberalitati soluendo nō fuerint. Lego soluenda. Sic enim Liuius locutus est non semel nec iterū. ut illud, Talia quærentes aqua orare, seq; ea relatuos ad Scipionē tribuni responderunt: & P. Scipionē Deum benignitate, & Rempublicā esse gratiæ referenda. Idem, Ea modò quæ restinguendo igni forēt portantes. quo in loco subaudiri puto, accommodata uel idonea. Cicero, In coniectura igitur cū est inficiando reus: accusatori hæc duo prima sunt. ubi subaudio, crimini par uel opportunus, uel quid simile. Apud Liuiū, Si Respublica soluendo ære alieno esset. legitur pro æri in datiuo, ut quidē ego censeo. *Soluendo ære alieno esse.*

IN cap. Septitia: quanquam parū elegāter Latina hoc loco facta sunt uerba à Iurisconsulto Græcè scripta: tamen quo quo modo restituenda puto. Sic autē ea lego, Agonem tetractericum ex triginta millibus sortis (ἀπὸ τῶν δέκα μυριάδων ἀρχαίς) ipsa pecuniam retinens, & satisfans idonee apud decem primos soluturam me usuras legitimas triginta millium: agonotheta existente & presidente uiro meo (ἀγωνοθῆταιός τε καὶ προεδρεύων) liberisq; insuper q ex me nascituri sunt. procedēt autē usurae ad præmia Thymelicorū. & reliqua. τετρακτερικόν dicitur, q quarto quoq; anno instauratur. et agō tetractericus sic dicitur, *Tetractericus.*

ut trietericus à Vergilio in quarto, pro triēnaliū. & τριετηνός, lustralis. Tribus autē decē millibus absurdè pro tribus myriadibus dicitur. Est autem myrias numerus decē millium. Decemprimi sunt decaproti: de quibus paulò antè dictum est, qui sacris certaminibus erant præpositi. Qui etiam agonothetæ quasi & munerarij & munerum moderatores dicuntur ἡ βραβουταί. Huiuscemodi uerò agones in honorem manium instituebantur, quasi magnifica parentalia: quorum Decemprimi exactiōnem habebant. Quòd si quis uelit locum Græcum ad uerbum restituere, in promptu est ex uerbis Latinis id facere. uerū id curiosius quàm fructuosius esse censeo. Verba sunt enim cuiusuis formularij Græci: quorum satis est sententiam assequi. Cuiusmodi pleraque fuerunt Græcè scriptorum in Pandectis, quæ nunc desiderantur. tametsi tractatus De excusationibus tutorum, aliq̄ pauca loca sparsim in ijsdem libris non minus posci mihi, quàm desiderari uidentur. Quæ si adhuc diē extant integra in Florētinis exēplaribus, ut Politianus testatus est, mirum est adhuc non esse restituta, cum aliqui penes se habuisse dicantur, non pauci etiam ad eaditum penè liberum habuisse. mihi unum & alterum locum in ipsis inspicere momento temporis indultum est: ita ut honorificè mecum actum esse dicerem & censerem.

IN cap. sequenti, Si quis ob honorem uel sacerdotium pecuniam promiserit: & antequam honorē uel magistratum ineat, decedat, non oportere hæredes eius conueniri in pecuniam. Quoniam hic Accursius non reijcit ad ea quæ ab se dicta sunt in enarratione cap. Barbarius. supra, De offic. Prætoris: primum ridiculum est quòd Accursius ignorauit Gentiles, quos uocant ἐθνησς, etiam sui habuisse sacerdotia & pontificatus: de quibus hic Modestinus lo-

cutus

cutus est. Deinde ne hic locus cum cap. unico collidi uideatur, supra, Ad legem Iuliam de ambitu, ut Accursius censuit & Bartolus: quo in loco sic idem Modestinus hæc uerba scripsisse dicitur, Quòd si in municipio contra hanc legem, Magistratum aut sacerdotium quis petierit: per senatusconsult. in centum aureos cum infamia punitur. Ne igitur pugnantia hæc duo loca uiderentur: ita hic Iuriconsulti uerba exaudire Accursius debuit, Si quis cum ei à municipibus honor ultrò aut sacerdotium essent delata, pecuniam & ipse ultrò pollicitus esset. Prius enim designabantur magistratus, & post aliquot menses magistratus inibant. Designantur enim magistratus tum cum creati renuntiantur: tuncq̄ ἀπαδεικνύμενοι & μέλλοντες dicuntur. Ineunt autem magistratus demum cum insignia magistratus cum imperio assumunt: et εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσέρχονται dicuntur. Liuius, Cōsules quo creati sunt die (sic enim placuerat patribus) magistratum inierunt. Romæ autem Calendæ Ianuariæ solennes erant ineundis magistratibus. Herodianus in pri. de ijs loquens, Cum hunc (inquit) diem festum ciuitas ageret, in quo Romani inuicē se salutant, & nomismata alter alteri cæteraq̄ munera multiplicia misitant, summiq̄ magistratus conspicuam purpuram sibi solennemq̄ assumunt. & reliqua. Tranquillus in Cæsare, Pridie autē Calend. Ianu. repentina consulis morte cessantem honorē, in paucas horas petenti de dit. Plinius libro undecimo, Defuit iecur Caio principi Calend. Ianuarijs, cum iniret consulatum: quo anno interfectus est. Comititia autem quibus designabantur magistratus, non semper eodem tempore statutoq̄ habebantur. Cicero ad Furnium, Comititia tamen, quando ex ijs pendes, quātum facere possumus (quod multis de causis Reipublicæ arbitrantur conducere) in Ianua-

Designari magistratus.

Inire magistratum.

Petere magistratus nō erat uetitū legibus de ambitu latis.

De more candidatorum in senatu.

rium mensem protendimus. Nihil tamen fuisse perpetuum & semper obseruatum, ex Liuiō liquet: qui librum secundum belli Maced. sic exorditur: Consules Prætoresq; cum Idibus Martijs magistratum inissent, prouincias sortiti sunt. Idem lib. superiore, Omnium primum eam rem Idibus Martijs (quo die tum consulatus inibatur) P. Sulpitius consul retulit. Petere autem honorem uel sacerdotium nunquam lege Ro. prohibitum fuit: sed cōtra leges de ambitu latis petere, id demum erat uetitum: hoc est pecunia tributim centuriatim uel pronuntiata. Moris enim fuit apud Rom. ut candidati & magistratum petitores, non modò publicè palamq; sed etiam sigillatim unumquemque orando, obsecrando, prehensandoq; peterent. Vnde Crassus apud Ciceronem in secundo de Oratore, Equidem (inquit) cum peterem magistratum, solebam in prehensando dimittere à me Scaeuolam, cum ita dicerem me uelle esse ineptum. id erat petere blandius: quod nisi ineptè fieret, bene non posset fieri. Hoc autem Græcè δεξιόθεν dicitur, à dextræ prehensendæ more: qui habitus est orantis, suffragijq; promissionem exposcentis & penè exprimentis. Idem Cicero ad Atticum, Petitionis nostræ, quam tibi summe curæ esse scio, huiusmodi ratio est, quòd adhuc coniectura prouideri possit. prehensat unus P. Galba sine fūco ac fallacijs more maiorum. Plinius in epistolis ad Metium scribens, Super sunt senes, ex quibus audire soleo hūc fuisse comitiorum ordinem. Citato nomine candidati silētium summum dicebat ipse pro se: explicabat uitam suam: testes & laudatores dabat, uel eum sub quo legatus, uel eū cui questor fuerat, uel utrunq; si poterat: addebat quosdā ex suffragatoribus: illi grauitè & parcè loquebantur. plus hæc quam preces proderant. nonnunquā candidatus aut natales

les competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. audiebat Senatus grauitate censoria. ita sæpius digni quam gratiosi præualebant. quæ nunc immodico fauore corrupta, ad tacita suffragia, quasi ad remedia decurrerūt. Quòd autem Plinius hæc dixerit eo tempore quo principes Romani honores conferebant, uel senatui permittebant (quo tempore lex de ambitu lata est, quæ ab Accursio pro obice citatur in cap. Barbarius, supradicto) uerba Plinij in fine eius epistolæ docent, Sunt quidem cuncta sub unius arbitrio, qui pro utilitate communi solus omnium curas laboresq; suscepit. Quòd autem Senatus decreto magistratus tunc conferrentur, ex epistola alia ad eundem intelligimus: in qua rursus de tabellaribus suffragijs loquitur, de quibus in superioribus nonnihil dictum est. Scripseram (inquit) tibi, uerendum esse, ne ex tacitis suffragijs uitium aliquod existeret. Factum est proximis comitijs, in quibusdam tabellis multa iocularia atque etiam fœda dicta, in una uerò pro candidatorum nominibus suffragatorum nomina inuenta sunt. Excanduit senatus: magnoque clamore in eum qui scripsisset, iratum principem comprecatus est. Ille tamen sefellit & latuit: fortasse etiam inter indignanteis fuit. Quid putamus eum domi facere, qui in tanta re, tam serio tempore ludat: qui denique omnino in senatu dicax & urbanus & bellus est? Congruit hoc cum eo quod scriptum est in lege, Tres, De episcopali audien. Cod. Quòd autem designatio magistratum comitali mense fieret, & alio mense consulatum inirent, cum ex plurimis Liuij locis & Ciceronis liquet, tum ex eo quòd ipse Cicero cum consulatum gereret Muranam consulem designatū ambitus reum defendit, ut ex eius uerbis apparet circa principium defensionis. Sunt autè hæc uerba, Quòd si in ijs rebus repetendis

quæ mæcipi sunt, is periculum iudicij præstare debet, qui se-
nexu obligauit: profectò etiam rectius in iudicio consulis
designati is potissimum consul qui consulem declarauit, au-
ctor beneficij populi Romani defensorq; periculi esse debe-
bit. id est, Quemadmodum uenditor qui mancipio dedit
rem quæ est in humano commercio: quiq; nexu se obstrin-
xit, ut emptori rem habere liceret: præstare debet rei uen-
dicationis periculum, ne ab emptore res auferatur iudicio:
ita consul, quo comitia habente consul alius designatus est
in annum futurum, debet beneficium populi suumq; tue-
ri. Magistratus designatus in iudicium uocari poterat: ini-
to autem magistratu non poterat ex edicto De in ius uo-
cando, nec accusari, ut est auctor Venuleius in tracta. De
accus. Proinde pecunia promissa ob honorem uel sacerdo-
tium, hic liberalitatem significat spontaneam, ad spectacu-
lum edendum ob magistratum ultrò delatum: id quod am-
bitus crimine uacabat. Quam ad sententiã astruedam nul-
lo alio utar auctore potius quàm Marcello in cap. Publius,
suprà, De conditionibus & demonstr. Publius Meuius te-
stam èto ita cauit, Quisquis mihi hæres hæredes ue erunt, si-
dei eorum committo, ut dent Gaio Seio sororis meæ filio in
honorem consulatus quadringenta. Viuo Mevio Seius Con-
sul designatus est, & munus edidit: deinde ex Cal. Ianu.
consulatum ingressus est. & reliqua. Quo in loco Accur-
sius harum rerũ ignarus, munus edidit (inquit) id est pro-
fessus est se suscepturum: cum munus edere (ut paulo antè
diximus) sit spectaculum edere uel uenationis uel gladiato-
rum. Cicero in eadem oratione, Quare nec plebi Romane
eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conuiuio-
rũ: quæ omnia maiores nostri comparauerunt: nec cãdidatis
ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatẽ magis signifi-
cat,

cat, quàm largitionem. Plutarchus in Bruto ait spectacula
Romæ mercedes fuisse magistratuum collatorum.

I N cap. I. de Varijs & extraord. cognitionib. lego ex
antiquo exẽplari, in quo tenuia extabant uestigia Græcorũ
uerborũ, ἐλευθέρια μαθήματα. Plu. lib. xiiii. Pefum iere-
uitæ precia: omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes *liberales ar-*
in cõtrarium cecidere, ac seruitute sola profici captiũ. Au- *tes*
gustinus lib. vi. de Ciuit. seculares esse uocitatas à recẽno-
ribus ait. Cic. in i. de Orat. ingenuas appellat: Aristot. ἐλευ-
θερίαι ἐπιστήμαι: Galenus ἐλευθέρια μαθήματα, ut Vlpia.
Dicuntur etiã ἐλευθέριοι λόγοι: & προπαιδείματα, quasi
institutiones præuie ad primã philosophiã quæ omnia cõ-
plectitur: & ad theologiã, cuius incunabula hodiernis mo-
ribus longè existimantur tenuiora quàm olim. Quamquam
id quoquomodo tolerãdum esset: nisi etiã disciplinarũ ele-
gantia literarũq; nitore & claritati inimicitias denunciaf-
set theologia ipsa professione. Verũ ingenue & liberales
uocitatie sunt, ut ab ijs distinguerentur quas Græci tum φάρ-
λας ἐπιστήμας, id est uiles: tum ἀνελευθέραις, βαϊάσας, ἀγο-
ραίαις appellant: id est illiberales, sordidas, circumforaneas.

I N cap. II. de Proxenetis, Sed & si quid philanthropi
nomine accepit. Lego philanthropiæ. Philanthropia enim
non modo humanitatẽ, id est, morũ clementiã ac benignitatẽ
significat: sed etiã liberalitatem. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς τὸν
παραπροσβείας, Καὶ φιλανθρωπιδόμην & πρὸς αὐτὸν ὁ
Φίλιππος, ἀλλὰ τε πολλὰ, καὶ τελευτῶν ἐκπώματα ἀρ-
γυρᾶ καὶ χρυσᾶ προὔπινεν αὐτοῖς. Et φιλανθρωπία, φιλο-
δωρία. Sic Latini benigne facere dicunt. Cic. pro Planc. Do- *Benigne face-*
ceo gratiosum etiã tribubus Flaciũ quod multis benigne fe- *re.*
cerit, pro multis spopõderit. Hic ergo philanthropiæ nomi-
ne aliquid accipere, est munusculũ accipere uel mercedulã,

quæ benignitatis magis quam obligationis sit.

IN cap. seq. Facilius quod Græci appellant peti possit. Puto legendum, Quod Græci προσεντικὸν appellāt: cum hoc uerbum in Græco cōpēdio legerim. nisi φιλανθρώπων μα magis placet: quod benignè datum significat. Hæc tamen coniectura sunt, non fiducia, ut in cap. Rei, de Verb. sign. quod legitur, Id opus quod Græci uocant, id est, ex opere factō corpus aliquod perfectum, τὸ ἀπεργασμένον.

Munifices. IN cap. Munus, de Verborum significatione: Et quosdam milites munificos uocari. Lego munifices. Munifices enim dicebantur, autore Festo, qui non uacabant: sed munus principi faciebant. Contra beneficiarij dicebantur, qui uacabant muneris officio, & munifices à Vegetio dicuntur milites, qui munera faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per metaphoram dictum libr. x i. Vno uero sue ex omni turba relicto, sola munifex mamma quæ genito fuerat attributa, descendit. Munificem mammam Plinius pro lactenti dixit, qua scilicet foetus lactatur. Libro tamen undecimo Cod. in cap. secundo, De prædijs nauiculariorum, munificum prædium dicitur τὸ λειτουργικὸν καὶ σωτελεές.

Contrahere & distrahere. IN cap. seq. lego, Contractum autem ultro citroq; obligationem esse. quod Græci σιναλλαγμα uocant. quod uerbum apud Aristotelē identidem legitur in v. Ethicōn. Contrahere & distrahere ut Latine opponuntur: sic Græci σιναλλάγμα καὶ διαλύσθαι. Aristot. εἰς ὁμοίως δὲ σιναλλάξας καὶ διαλύσθαι. ἐγκαλέσει. ac si diceret: nisi ita res distrahatur ut cōtracta est, cōtinuò ex postulat. id autem sit cū conuēta dissolutione implentur, hoc est debiti depensione. Vnde soluere uerbū dictum τὸ ἐκτίσαι, τὸ ἀποτίσαι, τὸ κατὰ δόξαν. Plautus: Soluta res erit, si mihi dederis.

IN cap. Sylua, Noualis est terra præcisa: & reliqua. Lego obseruatione antiqui exemplaris, Noualis est terra proscissa: quā Græci νεατοῦ uocant. νεατὸς enim sic dicitur, ut ἀροτὸς, ἀμνητὸς, & similia, hoc est, ἢ γῆ νεωστὶ ἠροφιαμένη. Ξενοφῶν, Καὶ γὰρ νεατὸς καὶ ἀροτὸς καὶ φυτεία καὶ νομή, ὑπάρθρια ταῦτα πάντα ἔργα ἐστὶ. Sed apud Xenophontē tēpus potius significat quam ueruactū uel segetem, cū accētū in ultima. νεᾶρ nouare, est noualia facere: τὸ μεταβάλλειν τὴν γῆν πρὸς ὄρον ἐργασμένῳ. Theophrastus, ἢ ἡ κατεργασία ἐν τῷ νεᾶρ κατ' ἀμφοτέρων τὰς ὄρας καὶ θερεῖς καὶ χειμῶν. Cicero in i i. de Orat. Subactō mihi ingenio opus est, ut agro nō semel arato: sed nouato & iterato, quo meliores foetus possit & grādiore edere. Nouatum agrū appellat, diu ante sementē cultū, ut interim fermentaretur, & sub sementē iteraretur. Proscindi autē ager dicitur, nō præcidi. ut in illo Catonis oraculo, Lutosam terram ne tāgito: ui omni arato: priusquam ares, proscindito. hoc utilitatē habet, quod in uerso cespite herbarum radices necātur. Plinius libr. x v i i i. Quidā utiq; ab æquinoctio uerno proscindi uolūt. quodq; uerè aratū est, à tēporis argumēto ueruactū dicitur. Hoc in nouali atq; irrequieto necessariū est. Nouale est quod alternis annis seritur. Ex quibus uerbis planū fit, noualē paulū eodem modo ut Plinium accepisse. Idē, iustū est proscindi sulco dodrantali iugerum uno die, iterariq; sesquijugerum, si sit facultas soli: Si minus, proscindi semissem, iterari assēm. Proscindere est primum terram uertere grandioribus glebis relicto. Vt autē noualis alternis annis seritur, ita restibilis quotannis: qui παλιμφοῦς uocatur, & παλίμβλας. Veruactū autē & nouale interdum pro eodē accipiūtur. Columella enim ueruactum appellat agrum uere primo proscissum, qui anno

Nouare agrū.

Proscissus ager.

Veruactum.

Noualis & nouale.

Restibilis.

anno cessauit: ut lib. 11. Fabæ modij quatuor uel sex in ueruacto duas operas bubulcorum detinet: ac in restibili unâ. Idem, Fasellus terræ mandatur uel in ueruacto, uel melius pingui & restibili agro. Ego uerò noualem tum dici sentio & nouale, cum post messem ager tonsus quiescit: quod culmentum lingua patria uocat. Tum autem ueruactum dicitur, cum uere terra proficissa est: Græcè *ῥεαρ* &, ut diximus, & *ῥεὸς* & *ῥεομα*. Latine etiam interdum *seges* dicitur, cum iterata & exculta est ad sementē. Id cum ex loco Plinij supra dicto, tum ex Columella declaratur in præfatione v 11. his uerbis, Neq; inficior id eos aliqua ratione fecisse, quasi sit agricolæ contrarium pastoris propositum: cum ille subacto & puro solo gaudeat, hic nouali gramino soq;: ille fructum è terra speret, hic è pecore. Idem in v 111. Sequeris autē noualia non solum herbida, sed que plerunque uidua sunt spinis. Varro, *Seges* (inquit) dicitur quod aratū necdum satum est: noualis, ubi satum fuit antequam secunda aratione renouetur. Idem, Multum interest in rudi terra: an in ea seras, que quotannis obsita sit, que uocatur restibilis, an in ueruacto, que interim requieuit. Indæ tonsæ nouales Vergilio, & culta noualia. Est et aliud genus noualis, terra tunc primum ad culturam proficissa: quo modo Plinius usus est in x v 11. de odorata terra loquens, Talis est ferè (inquit) in noualibus cæsa uetere sylua, que consensu laudatur.

IN cap. Ostentum, restituenda hæc duo uerba, *ῥεομα*, *ῥεαρ* *ῥεοδης*.

IN cap. Instratum: lego ex antiquo exemplari, Neq; enim dubium quin stragula uestis sit omne pallium quod Græci *περίσσωμα* uocant. Quo uerbo Latini etiam uti solent: ut Cic. in secunda Antoniana, Conchiliatis Gn. Pompeij peristromatis

stromatis seruorum in cellis lectos stratos uideres. Dicuntur etiam peripetasmata ex eo quod triclinijs obtendi soleant, & *περιπετάσματα*, & aulea, & Attalica, ab aulis regum in quibus expanduntur. Vergilius, Purpurea intexti tollant aulea Britanni. Curtius, Lectos circūdederāt aulea purpurea auroq; fulgentia. Et in singulari aulea quo modo Græci utuntur. Curtius lib. v 11. Cum post auleam que lectos obduccret, staret rex. Cic. in Verr. act. v. Quid illa Attalica tota Sicilia nominata ab eodē Heio peripetasmata emere oblitus es? Plinius lib. v 111. Aurū intexere in eadem Asia inuenit Attalus rex: unde nomē Attalicas. Dicuntur & Babylonica. Idem, Colores diuersos picturæ uestibus intexere Babylon maximè celebravit, & nomen imposuit. Et rursus idem, Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestert. octingētis milibus uenisse, iam tunc posuit in Capitonis criminibus. Vocantur etiam tapetes uerbo & ipso Græco, & *ταπέτια*. nostri uno uerbo stragula et plagas appellant. ut Liuius lib. 1 x. de bello Maced. Luxuria enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbem est. Inde primum lectos aratos, uestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia Romam adduxerunt. Hæc cum animalia habent intexta, ut hodie passim habentur, *ζωτὰ* à Græcis, id est, belluata uocantur. Plautus in Pseud. Neque Alexandrina belluata consuta tapetia. Pallia à quibusdam uocantur, ut nunc ab Vlpiano: cum pallium alioqui sit uestis Græcorum propria. Vnde palliatæ fabulæ dictæ, *ἰμάτιον* ab illis dictum.

IN cap. Sæpe ita cōputatum est: lego ex antiquis cōparatum: id est, constitutum, & loquendi consuetudine receptum. Terent. in Phor. Quàm iniquè cōparatum est: ij qui minus habent, ut semper aliquid addant diuitioribus. Cicero in

Peripetasmata
Attalica.

Aulea.

Babylonica.

Tapetes.
Stragula &
plaga.

Belluata stragula.
Pallia.

Comparatum

ro in

ro in Lelio, Quoniam ita comparata est ratio uitæ natu-
ræq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. οὕτω καὶ ἐγενήθη
τῆς φύσεως ἡ τῆς βίης τῆς ἡμετέρας.

IN eodē cap. Nam cū dicitur apud ueteres agnatorū
gentiliūq; quæ pro separatione accipitur. Accursius non
rectē gentiles cognatos interpretatus est: quia utroq; uo-
cabulo agnati intelliguntur. Verū gētilitas agnatorū erat
clarioris familie. Morem autem eum fuisse antiquorum, ut
hæc duo in sermone iungerent: ex illo proverbio apparet,
quo Varro & Columella usi sunt, Ad agnatos & gentiles
est deducendus, de quo satis est à nobis alibi dictum, atque
etiā de iure gentilitatis. & alioquin gentiles nō tam agna-
ti sunt, quàm cognomines. Vnde Cicero Seruium Tul-
lium, qui Romanorum rex fuit, gentilem suum uocat, inde
illud Plinianū lib. xxxiii. Singuli Marcipores Lucipo-
res ue dominorū gentiles uictum in promiscuo habebant,
quibus uerbis significat priscos Romanos singulis seruis
contentos fuisse, quare Marcipores quasi Marci pueri uel
Lucij uocabantur, quasi ministri & asseclæ, ut Græci τῶν
δούλων uocant seruos, quod in numerosa familia postea fieri
non potuit. Fabius in pri. In seruis (inquit) iam intercidit
genus illud nominis quod ducebatur à domino: unde Mar-
cipores, Publipores. Qui ergo dicebat agnatos gentilesq;
& eiusdem gentis, & cognomines significabat. Falsus est
etiam in eo Accursius, quod superatum & disiunctum pro
eodem accepit: cū Paulus hoc intelligi uoluerit, gentiles
separatos ab agnatis esse. Aliud est enim disiunctiua parti-
cula, διασπαστικὸν μόριον: & aliud separatiua, ἀποχω-
ριστικόν. Cicero in Top. Gentiles sunt qui inter se eodē no-
mine sunt, qui ab ingenuis oriūdi sunt, quorū maiorum ne-
mo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Ni-
hil

hil enim uideo Scæuolam pontificem ad hanc definitio-
nem addidisse. Secundum hoc non ut quisque agnatus est
alicui, ita etiam gentilis est: nec quisquis alicui gentilis est
genere, non etiam agnatus est. Quare longè absuit Accur-
sius à mente Iurisconsulti, cū ait hic gentiles cognatos
significari. Verum est tamen (ut diximus) gentiles inter-
dum esse, qui non ex eadem familia sint: ut M. Tullius Ser-
uio Tullio regi.

IDEM Accursius in cap. Impensæ, non intellexit quid
sit loricatio. non est enim cælatura in modum lorice facta:
sed cū lorica sit in uniuersum cuiusque rei tutela & pro-
tectio & munimentum, id est, πρόσβλημα, σκέπασμα, καὶ
τὸ στέγον τι, tum uerò lorica pars murorum est & structu-
rarum. Vitruuius lib. i. de lateritijs parietibus loquens,
Cū enim in tecto tegulæ fuerint fractæ aut à uentis deie-
ctæ, qua possit ex imbribus aqua pluere: non patietur lori-
ca testacea lædi laterem, sed proiectura coronarū reijciet
extra perpendiculum stillas. Loricam appellat coronarum
proiecturam, quæ fit in parietibus eiuscemodi. Curtius lib.
viii. Angusta muri corona erat, non pinna, sicut alibi,
fastigiū eius distinxerat: sed perpetua lorica obducta tran-
sitū sepserat. Itaq; rex hærebat magis quàm stabat in mar-
gine, clypeo undique incidentia tela propulsans. Loricam
appellat structuram fastigiata, quæ aquam pluuiam utrin-
que dispellit extra perpendiculum ueluti suggrundulis pro-
minentibus. Capistrate huiuscemodi structuræ à structori-
bus nostris appellantur. In pauimentis etiam ruderatis lo-
rica appellatur corium è marmore tuso cum calce & arc-
na, Vitruuius lib. vi. Itaq; si necessitas urgeat, ut minimè ui-
tiosa fiant, sic erit faciendum. cū coaxatum fuerit, insu-
per altera coactio trāsuersa sternatur, clauisq; præfixa cu-
plicem

Loricatio.

Loricare.

plicem præbeat contignationi loricationem: deinde ruderino nouo tertia pars testæ tunisæ admisceatur. Varro libr. 1. de re rustica, Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Hoc in loco Paulus huiuscemodi loricationem significauit, quæ nonnihil simile uel operis tectorij habeat ad picturam admittendam: uel in summis structuris aliquid elegantius, cohonestamenti gratia factum potius, quàm structuræ protegendæ. à Græcis θρυκωσις dicitur. Homerus in Odysse. χάλκεοι μὲν τοῖχοι: πρὶ δὲ θρυκός, κωνοῖο. id est, ὁ πρὶέχωρ κύκλῳ, ὁιοεὶ γέφανῳ. A loricâ loricare uerbum dictum. Plinius de ichneumone loquens in VI II. Mergit se limo sæpius siccatur; sole: mox ubi pluribus eodem modo se corijs loricauit, in dimicationem pergit. Quem loquendi modum ab Aristotele ipse mutuatus est libro sexto, de historia animalium. de apris enim loquens ita inquit, Mirabilia inter se prælia conserunt: sese ad ea loricautes, tergoraq; sua in summam crassitudinem artificio comparantes, ea ad arbores affricantes, & cæno oblita subinde assiccantes. Sed hæc significatio ab lorica militari ducta est, θωρακίζοντες ἑαυτοὺς, καὶ ποιούωτες τὸ δέσμα παχύτατον ἐν παρασκευῆς.

IN cap. Cum bisextus. Cato putat mensem intercalarem addititium esse: omnesq; dies eius pro momento temporis obseruat: extremiq; die mensis Februarij attribuit Quintus Mutius. Mensis autem intercalaris constat ex diebus XXXIX. Accursius existimauit Catonem & Mutium à Celso reprehendi ut absurda dicentes: quare ad huius dicti sensum percipiendum, adnotandum hic esse duxi id quod Macrobius libr. 1. Satur. his uerbis dixit. Cum Romani ex distributione Pompilij ad lunæ cursum, sicut Græci, annum proprium computarent: necessario etiam intercalarem

calarem mensem instituerunt more Græcorum: & reliqua, quæ de intercalatione autor ille prosecutus est. Hoc autem intercalationum mensium institutum Cesaris ætatem præcessit. Quare hic Quintus Mutius P. filius & Cato, à Celso nominati sunt Iuriscōsulti antiquiores Cesare, ut autor est Pomponius in cap. altero, De origine iuris. De quo Cesare Traquillus ita scribit, Conuersus hinc ad ordinandum reipublicæ statum, fastos correxit iampridem uitio pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, ut neque mensium ferie æstati, neque uindemiarum autumnino competere: annumq; ad cursum solis accommodauit, ut CCCLV. dierum esset: & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum è Calendis Ianuarijs nobis temporū ratio congrueret: inter Nouembrem & Decembrem mensem, interiecit duos alios. Fuitq; is annus quo hæc constituebantur, quindecim mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Ex his satis declaratur, non absurda esse quæ Cato & Mutius dixerunt de mense, qui intercalabatur eo tempore, quo annū Lunæ cursum non solis moderabatur. Id demum scrupulum facit, quod de mense intercalari dicitur, esse eum dierum undetriginta. Macrobius enim in loco supra citato: Sed nondum errore (inquit) comperto per octo annos nonaginta, quasi superfundendos Græcorum exemplo computabant dies: alternisq; annis binos uicenos, alternis ternos uicenos intercalantes expensabant intercalationibus quatuor. Et rursus, Hoc autem (inquit) errore iam cognito, hæc species emendationis inducta est. Tertio quoque octennio ita intercalandos dispensabant dies, ut non nonaginta, sed LXXVI. intercalarent. Secundum hoc dictum Macrobij, mensis qui intercal

Mensis intercalaris.

Annus intercalaris.
Mensis intercalarius.

Intercalatio
Cæsariana.

tercalatur x x i x. dierum esse non potuit. Quare scire non oportet, mensem intercalarem dici non modo eum qui intercalatur, sed etiam in quo intercalatur. Prior intercalatitius dici potest, id est, $\omega\rho\rho\epsilon\mu\beta\epsilon\beta\lambda\eta\mu\epsilon\upsilon$: quo modo Cato censuit mensem intercalare addititium esse, qui in usu post Cæsarem non fuit. Posterior $\epsilon\mu\beta\omicron\lambda\iota\mu\epsilon\upsilon$ Græcè dicitur: cuiusmodi est Februarius hodie, quem Celsus undetriginta dierum esse dixit, non ex Catonis ille quidem aut Martij, sed ex sua persona loquens. Græcè autem $\epsilon\mu\beta\omicron\lambda\iota\mu\epsilon\upsilon$ utranque significationem habet. Plinius annum intercalarem pro bisextili dixit. Liuius mensem intercalarium, ut Macrobius uocauit, de Lucio Scipione loquens, Triumphauit mense intercalario, pridie Calend. Martias. Cicero ad Ligarium, Ego tamen cum ad 111. Calend. Intercalares rogatu fratrum tuorum uenissem manè ad Cæsarem. & reliqua. Calendas ut opinor Martias significauit. Omni enim intercalationi (inquit Macrobius) mensis Februarius deputatus est. Quod autem Cato de intercalari addititio dixit, hunc ferme sensum habet: Mensis intercalatus ad spatia temporum ætatumq; metienda dinumerandaq; non procedit: cum id reliquis annis defuerit quod intercalari additur: qui anni nihilofecius in numerum processerunt ætatum & temporum, licet nec pleni essent anni nec iusti. Itaque hic annus licet diebus mensibusue redundet, non tamen longior maiorue esse cæteris, Iurisperitorum interpretatione censetur. Neque uerò magnopere mirum est intercalandi uarietate antiquissimos esse usos: cum etiam illa Cæsariana, qua nunc utimur, cum cursu solis anni moderatoris non satis quadrare uideatur. Ephemerides astronomorum hodierno tempore æquinoctium uernum ad quintumdecimum Calend. Apriles, qui

dies

dies est duodeuicesimus Martij, peractum esse significant. Nam cum omnes cardines temporum in cætera signorum parte conficiantur, si Plinio credimus auctori earum rerum grauissimo, & astronomi introitum solis in cancerum ad undecimum mensis Martij signent, qui quintus Iduum appellatur: octauo utiq; inde die æquinoctium peragi ratione existimandum est: qui duodeuicesimus est mensis eius. At Columella & Plinius, qui Cæsaris secuti sunt rationem, æquinoctium uernum octauo Calendas Aprilis fieri dicunt, qui quartus est & uicesimus mensis. Quare facile est iudicare, tantam esse temporis intercapedinem inter æquinoctium nostrum, & id quod à Cæsare signatum est, quanta est inter quintumdecimum Calend. & octauum. tot enim diebus æquinoctium quod sequimur, Cæsarianum æquinoctium anteuertit. Quæ ratio Cæsariana si mille ac quingentis annis tot dierum spatium aberrauit à solis uestigijs: quo tandem euasura est nisi à mathematicis aliquando corrigatur? quod nisi fiat, quid cause est quin æquinoctium uernum in Februarium tandem retroactum iri existimemus? De difficultate autem assignandi eius æquinoctij aliarumq; temporis dimensionum Plinius loquens, ita inquit, Addidere difficultatem & auctores diuersis in locis obseruando, mox etiam in iisdem diuersa prodendo. Tres autem fuerunt sectæ, Chaldaea, Aegyptia, Græca. His addit apud nos quartam Cæsaris dictator, annos ad solis cursum redigens singulos, Sosigene perito scientiæ eius adhibito: & ea ipsa ratio postea comperto errore correctæ est, ita ut duodecim annis continuis non intercalaretur: quia cœperat sydera annus morari, qui prius antecederat: & Sosigenes ipse tribus commentationibus, quanquam diligentior esset cæteris

teris, non cessauit tamen addubitare ipse semet corrigendo. Ex his uerbis Plinij intelligimus iam tum Cæsaris tempore intelligi coeptum, intercalandi quadrantis rationem non planè esse exactam ad obseruationem temporum. Accedit autor Columella, qui lib. x. Bruma (inquit) conficitur circa octauum Calend. Ianuarij, in octaua parte Capricorni. Nec me fallit Hipparchi ratio, quæ docet solstitia & æquinoctia non octauis, sed primis partibus signorum confici. Verùm in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi & Metonis antiquorumq; fastos astrologorū, qui sunt aptati publicis sacrificijs. Quia & notior est ista uetus agricolis concepta opinio: nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus (ut aiunt) rusticorum literis necessaria est. Hactenus Columella. Cùm igitur (ut coniectura colligo) prima illa siue prior Sosigenis intercalatio, multo maior quadrante diei fuisset, solis utique cursum quasi morari ac retardare coeperat: quippe cum annus uertens qui solis ipse eadem in uestigia reditu conficitur, minor esset eo anno quo Romani utebantur, id est, anno ciuili, intercalationis uitio. Postea errore comperto cum aliam rationem Romani instituisent: intercalandi (ut ita dicam) compedio in errorè diuersum mortales adduxerunt, ut iam Cæsaris rationem sequentes non morari solem, ut antea, sed urgere accelerareq; uideamur, annumq; uertentem anno ciuili septem dierum interuallo ante uertamus: & ueluti solem currètem præpropere incitemus. Eodem porro errore reliquos etiam temporum cardines retroagentes: solem ipsum eorum moderatorem solstitio & bruma alteroq; æquinoctio itidem adurgere uidemur. Siquidem omnes tēporū cardines in octaua parte signorū peraguntur, ut antea ex Plinio docuimus, & Columella lib. x. i. i.

Plin

Plinius, Omnes (inquit) hæ differentie fiunt in octauis partibus signorum. Bruma Capricorni, ab octa. Calend. Ianus. jere æquinoctium uernum Arietis, solstitium Canceri, alterumq; æquinoctium Libræ. Cui congruit quod alibi eodem libro dicit. Solstitium peragi in octaua parte Canceri & octauo Calend. Iulij diximus. magnus hic anni cardo. Idemq; ipse antea dixerat libro i. i. capite x. x. v. i. i. i. Apud Columellam autem lib. x. i. i. legitur, v. i. i. i. Calend. Iulias sol introitum in Cancrum facit. quæ uerba esse corrupta argumento sunt uerba quæ subsequuntur post unum & alterum uersum, viii. & vii. & vi. Calend. Iulias solstitium. Et rursus inferius, Octauo Calend. Octobris & vii. & vi. æquinoctium autumnale. Aliud est enim solstitium, & aliud introitus in Cancrum: cum introitus in prima parte, & solstitium in octaua fiat. Quare apud Columellam in legendū uidetur in loco supracitato, x. v. uel x. i. i. i. Cal. Iul. sol introitum in Cancrū facit. facile enim fuit notas numerorū corrumpi. Proinde cum Columellæ ætate, qui circa Cæsaris tempora fuit, solstitiū peragi non modo octauo, sed etiā sexto Cal. Iulias censeretur: qui dies festus est diuo Baptiste: si retrorsus inde dies numeres octo, in diem septimum decimum mensis incurres, id est in quintūdecimū Cal. Iulias, quo die solis est ingressus in Cancrum. nostri autem Mathematici eum tertio decimo attribuunt, qui tertius est Iduum. Quod si à sexto Cal. quo peragitur solstitium secundum Columellam, retro numeres: ad undeciesimum peruenies, & maius erit interstitium. Iam æquinoctium autumnale hodie statuere astronomi uidentur ad decimum diem Cal. Octobris, qui uicesimus est Septembris: cū introitum solis in Libram x. i. i. die signent Idibus eiusdem mensis. At Co-

rr 3 lumella

lumella, x i i i. (inquit) Calendas Octobres sol in Libram transitum facit. Et paulò post, v i i i. (inquit) Cal. Octobres, & v i i. & v i. æquinoctiū autūnale. Deniq; introitū solis in Capricornum hodie ephemeridum editorum x i i. die Decembris obseruant, id est pridie Iduū. De quo Columella x v. (inquit) Cal. Ianuarij sol in Capricornum transitum facit, Brumale solstitiū ut Hipparcho placet. Et inferius, i x. Cal. Ianuarij Brumale solstitium sicut Chaldæi obseruant, hætenus ille. Nos igitur hodie pridie Idus Septēbris introitum solis in Capricornum statuimus: ideoq; Brumã in octaua parte, id est decimoquarto Calend. Ianuarias, id est undeuicesimo die Decembris. Traditio autē Columellæ quarto & uicesimo die statuit, id est nono Calend. quod est peruigiliū natalis saluatoris nostri. Plinius autem octauo Calend. attribuit, id est natali dominico. Ex quibus manifestum est nos ab antiquorum obseruatione quinque dierum interstitio ut minimum abscēssisse. quanquam & apud priscos parū eiusmodi obseruationis computationisq; ratio constitit, utpote quum Hipparcho cum Chaldæis non conuenerit: nisi quod Hipparchus obseruasse uidetur solstitium cum oriretur, Chaldæi cum perageretur, ut & Plinius fecit. Quod si hodie fastos constituere in mentem ijs ueniret, quibus id licet pro potestate facere: ut quarto quoq; anno diem unum inter-

Exēptiles dies. calarem habemus, ita trecentesimo ferè anno exemptilem unum in posterum haberemus, ita ut primo anno bisextili dies illi aut quinque aut plusculi, qui hætenus excreuerunt & nunc redundant, semel eximerentur. Huiusmodi autē diebus olim Græci utebantur, ἐξαίρεσι μῆρας uocātes. Id quod Cicero in tertia Verrina refert. Difficultas autē rei exactē constituendæ inde oritur, quod orbis signiferi circuli

culi in trecentossexaginta gradus tribuitur, quæ partes maximi circuli à sphericis autoribus appellantur: quarum unaquæque pars in sexaginta particulas diuiditur, quæ minuta uocantur: & rursus minuta hæc singula primaria in sexagena minuta secundaria. At diligentissimi mathematicorum tradiderunt solem orbe suo eccentrico ita ferri, ut ex aduerso motionis cœlestis, quæ orbem omnes secum rapit, in singulos dies minuta undesexagena & octona circiter secundaria quotidie retrocedat, quarum computatio & in asses in horasq; collectio, rem inexplicabilem reddit: cum eo quidem quod ut collectæ fuerint quantumuis exquisitè: tamen partitio in annos aliquot distribui ita exactè nequit, intercalationeq; adæquari, ut non aliquid aut excurrat aut desit. Hoc autem non ambigetur (ut opinor) si quis intentius animaduertent, intercalationem quadrātis paulò maiusculam esse, quàm ut cum fine anni uertentis competeret. Indeq; factum ut cessim semper eamus à tempore Cæsaris ab eiusq; obseruatione temporum. His etiam causis accedere forsitan illud potest quod Columella libr. i. his uerbis inquit, Multos enim iam memorabiles autores comperi persuasum habere, longo æui situ qualitatem cœli statumq; mutari: eorumq; consultiſſimum astrologiæ professorem Hipparchum prodidisse, tempus fore, quo cardines mundi loco mouerentur. Cui conuenit Plinij dictum libr. x x x v i. qui de gnomonis cuiusdam mutatione loquens ita inquit, Hæc dierum obseruatio x x x. iam ferè annis non congruit: siue solis ipsius dissono cursu & cœli aliqua ratione mutato: siue uniuersa tellure aliquid à centro suo dimota, ut deprehendi, & in alijs locis accipio: siue urbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto.

IN cap. Spadonum Thilibiæ & Talasiæ, Thlibiæ & Thlasiæ hic legēdum Ioannes Crastonus iandiu adnotauit. apud quosdam tamen Thladiæ dicuntur: *θλαδία*. Paulus Aegineta lib. v. de eunuchismo loquens, Duplex (inquit) eunuchos faciendi ratio. Partim enim collisione partim ex-
 ceptione fiunt. Prius illud genus hoc modo fit, Pueros ad-
 huc infantes in peluim insidere faciunt aquæ calidæ. Dein-
 de cum corpuscula flaccuerint, in ipsa pelui digitis testicu-
 los collidunt, quoadusque euanidi abeant, nec iam concre-
 to coagmento contrectationem subeant. *ὁ μὲν κατὰ θλα-*
σπονδων. σπονδων, ὁ ἡ κατ' ἐκτομήν. Spadones sunt quibus cremasteres
 sunt euulsi: id est nerui quibus coeli suspensi sunt.

IN cap. Anniculus, Ante diem decimum Calendarum
 & post diem decimum Calendarum, utroque sermone un-
 decima dies significatur. Hoc loco (ut opinor) Paulus le-
 ctore morari hoc gripho uoluit potius quam docere. Qua-
 re non immerito hoc dictum Accursius malam literam uo-
 cat. Laurentius lib. iiii. elegantiarum meminit, nec tamen
 interpretandum censuit. Ipse quidem duobus modis intelli-
 gi hoc posse arbitror. uno modo, ut undecimam diem præ-
 cedentis mensis intelligamus: altero subsequētis, à quo
 Calendæ nomen sortiuntur. ut uerbi gratia, Ante diem de-
 cimum Calendarum Martij facturum te aliquid cum spo-
 ponderis, certum est te uicesimum diem Februarij signifi-
 casse: qui decimus est à Calendis Martij, & quo die Ro-
 mani decimo Calendas dicere ac scribere solebant. Et rur-
 sus cum dixeris te facturum post diem decimum Calenda-
 rum, intelligere potero diem undecimū Martij, inter quem
 & Calendas nouem dies intercedunt. Est enim undecimus
 dies non Calendarum, ut ille prior, sed dierum mensis à
 quo Calendæ denominantur. Priorem interpretationem uix
 probare

probare ijs poterimus, qui censent eundem diem signifi-
 cari, cum dicimus decimo Calendas Martij uel Aprilis, &
 ante diem decimum Cal. id est decimo die ante Calendas:
 quod loquendi compendio decimo Calēdas dici institutum
 est. in qua sententia ego sum Ciceronis autoritate ductus,
 apud quem in Philippica ultima sic legitur, Memoria te-
 nent me ante diem xiiii. Cal. Ianuarij principem re-
 uocandæ libertatis fuisse. quibus uerbis eum diem signifi-
 cavit, quo die xiiii. Cal. Ian. dicitur: ut Philippica quin-
 ta liquet. quam orationem cum Cicero in Senatu haberet
 Calendis Ianuarijs, Recordamini (inquit) qui dies nudius-
 tertiusdecimus fuerit: quantus consensus uestrum, quanta
 uirtus. Dies enim tertiusdecimus à Calendis Ianuarijs re-
 trò numerum agendo, est dies quo dicitur xiiii. Cal. Ia-
 nua. qui est uicesimus Decembris. quare in Philippica ulti-
 ma non diem xiiii. sed xiiii. Cal. legendum esse cen-
 seo. Nam si numeri nota uno puncto nō redundaret, Cice-
 ro nudiusquartusdecimus in quinta Philippica dixisset cum
 nudius tertiusdecimus non semel: ibi legatur: etiam si Lau-
 rentius mendose legi censet. in quo ei minimè assensus sum:
 sicut nec de eo quod apud Plautum legitur. De xiiii. e-
 nim die Ciceronē intellexisse, uerba quæ alibi in eadē ora-
 tione sequuntur satis declarant: Hoc dies (inquit) xiiii.
 profecerunt: ut quem nemo præter Cotylam unum inuen-
 tus sit qui defenderet, is habeat iam patronos etiā consula-
 res. Cæterum mos hic loquendi, de quo nunc agitur, creber
 apud antiquos fuit. Idem Cicero ad Atticū, de Quinto fra-
 tre, Nuncij nobis tristes nec uarij uenerāt ex ante diē No-
 narum Iun. usque ad pridie Cal. Septemb. Et in Catil. Di-
 xi in Senatu eadem te optimatum contulisse in ante diem
 quintum Calend. Nouembr. Linius, Consules Prætoresq;
 rr s usque

Nudiusquar-
 tusdecimus.

Ante diē quin-
 rum Cal. & s-
 milia.

usq; ante diem quintum Cal. Maias Romæ Latinæ tenuerunt. Est autem loquendi modus per uerborum transpositionem receptus, ut exaudire hæc uerba ita debeamus, usq; diem quintum ante Calend. Sic Græci, τὸ πρὸ πέντε καλενδῶν Ἰανuariῶν. Lactantius libr. 1111. Diui. institut. Tyberij Cæsaris anno quintodecimo, duobus geminis consulibus ante diem decimum Calen. April. Iudæi Christum cruci affixerunt. quibus uerbis dies tertius & uicesimus Martij significatur. id quod si admittamus, uerum non esse uidebitur quod Paulus dixit, ante decimum diem Calend. undecimum diem significare. Vt cunque sit: uel ænigmatè uel oxymoro Paulus detinere lectorem uoluisse mihi uidetur: ut nunc mittam quod hallucinari potuit. Fortasse autem aliud est ante diem decimum Calēdas, qui sermo per transpositionem receptus est, ut diximus hoc modo, decimo ante Calendas, & ante diem decimum Calendarium, qui ita ut illud resolui non potest: ut sit decimus Calend. Aprilium tertius & uicesimus Martij, & ante diem decimum Calendarum undecimus, id est secundus & uicesimus eiusdem: post diem autem decimum Calend. Aprilium, sit dies undecimus Aprilis. Cùm ergo dicit Paulus, Vtroque enim sermone undecima dies significatur: id subintelligendum reliquit: si alterum sermonem retrò, alterum porrò agas: ut alter sit mensis sequentis, & alter præcedentis. Quòd si de ijs mēsis intelligatur qui undeuiginti Calēdas habent: ut uerbi gratia, si dicas, Decimo Cal. Decemb. pridie & postridie eius diei erit undecima dies, siue porro uersus numeres siue retrorsus. nam uicesimus secundus dies erit undecimo Calen. & uicesimus quartus erit undecimus Calend. id est undecimus à decimonono Cal. Secundum quam interpretationem cum eodem nomine uocetur, tamen

tamen non idem erit dies. Huiuscemodi fermè est apud Gellium lib. 511. Quoad uiuet & quoad morietur. Conuenire hic etiam uidetur illa quæstio apud eundem agitata lib. x1. quid sit intra Calendas.

IN cap. Massurius, uerbum Græcum restituendum. Quosdam eam quæ uxoris loco sine nuptijs in domo sit: quam Græci πάλλακην uocant.

IN cap. Carbonum, Sed & de balarijs idem est. Legendum Balanis. Et inferius, nō stoboli sed strobili legendum. Strobili prima breui nuces sunt pineæ, & uenti procellosi, qui conuolutim grassantur. Balani sunt glandes, id quod glandis forma ad subducendam aluum in podicem manu inditur, apud autores medicinæ.

IN cap. In lege censoria. Lex censoria non à censu, ut Accursius dixit, sed à cēsoribus: quorū erat munus portoria uectigaliaq; locare. Liuius lib. 1111. de cēsurā loquens, Sub ditione eius magistratus publicorū ius priuatorūq; locorum uectigalia Pop. Rom. sub nutu atque arbitrio sunt. Quod autē sequitur, Cōstitutū est eam domū unicuiq; nostrum debere existimari, ubi quis sedes & tabulas haberet, suarumq; rerū constitutionē fecisset: interpretatione egeret, nisi in priore editione huiusmodi animaduersionū docuissimus eas tabulas his uerbis significari, quas instituti prisca fuit unumquemq; sibi de domestica ratione facere, à Græcis ephemeridas dictas. Cornelius Nepos de Pōponio Attico, Cū in primis lautus esset eques Rom. & nō parum liberaliter domū suā omnīū ordinū homines inuitaret: scimus non amplius quàm terna milia æris in singulos mēses ex ephemeride eū expēsū sumptui ferre solitum. Ibidem, Ex qbus agris paterfamiliās fructus caperet, qbus se toleraret. Tolerare hoc in loco est, q Græci διαίτη dicunt, id est modicè et summa parsimonia uiuere, & εγενο-

Tabula domestica, id est ephemerides.

Tolerare.

μένως ἴπρ. Plato, νομῆ γδ διέζωρ τοπλάτορ. Thucyd. νε-
 μόμενοι τὰ αὐτῶν ἕκαστα ὡς τε ἀποζῆρ. qbus opponitur ἐπι-
 ζῆρ ἢ κατὰ ζῆρ, τστ' ἔστι τὸ ἐκτεταμένως ζῆρ. Cæsar lib. III.
 belli ciuilib, libeter etiam ex perfugis agnoscebamus equos
 eorū tolerari: reliqua uerò iumēta interisse. id est quoquo
 modo sustētari. Idem, Erat summa inopia, adeo ut folijs ex
 arboribus strictis, & teneris arborum radicibus concussis
 equos alerēt, & cogerētur his rationibus equitatū tolera-
 re. τὸ ἰπτικὸν διακαρτερεῖν. Tolerare uitā. Tacitus, Mul-
 tos militia, quosdā exercēdo agros tolerare uitā. A' Græ-
 cis sermo tractus, à quibus ἐαυτῆς διακαρτερουῦτες uocan-
 tur sese tolerātes: hac ratione quòd qui facere non sustinēt,
 ἀποκαρτερεῖν dicuntur, & inedia uitam finire.

IN cap. Qui fundū: dcest unū uerbū Græcū: Nuces &
 ficus & uuas duntaxat duracinas & purpureas, & quæ
 eiusdē generis essent, quas non uini causa haberemus: quas
 Græci τρωξίμωσ appellāt. Sic in antiquo legimus, & Po-
 litianus in epistolis animaduertisse se scripsit. τρωξίμωσ
 edulis & cibaria escariaq; Latine dicitur. Plinius libro
 xiiii. In pergulis uerò (inquit) seruntur uuæ escaria
 appellatæ: è duracinis albæ nigraeq;. Idem, Consemnia ni-
 gra: uino minimè durante: uua maximè post quindecim
 dies quàm ulla alia: minus fertilis, sed cibaria. Duracinas
 autē à duritia acinorum dictas, ex eodem autore nouimus:
 qui de Italia loquens, Vua (inquit) nō alibi gratior callo:
 unde possit inuenisse nomen duracinæ durus acinus. Idem
 etiam purpurearum meminit. Tranquillus ex epistola Au-
 gusti, Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam
 cum paucis acinis uuæ duracinæ comedi. Sic autem duraci-
 nā uua, ut ficus duricoria dicitur.

IN cap. Liberorū, Totiens enim leges necessariā dicūt
 cognationē singulorum nominibus uti. Sic in antiquis le-

Vua edulis &
 cibaria.

Duracina uua.

gitur, & apud Accursium: sed tamen planum est animad-
 uertentibus mendosam esse lectionem, sicq; reconcinan-
 dam, Toties enim leges necessarium ducunt cognationum
 singularum nominibus uti.

IN cap. Si calūniatur. §. telum, de sunt tria uerba Græ-
 ca, quæ sic in meo libro restituenda duxi, antiqui exempla-
 ris obseruatione nō nihil in hoc loco adiutus. In §. Telum,
 Dictum ab eo quòd in longinquum mittitur, à Græca uo-
 ce τηλόθεν figuratum. Et paulò pòst, Nam quod nos te-
 lum appellamus, illi βελ & appellant. Et rursus inferius,
 Et id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem pro-
 prio nomine τόξωμα uocatur.

IN cap. Qui uenenum, legendū, Cūm id quod nos ue-
 nenum dicimus, Græci φάρμακον dicūt. Pharmakon apud
 Græcos in utranq; partem significationem habet. Vnde
 Pharmacopolæ medicamentarij dicti: quorū ministri Phar-
 macotribæ dicuntur, medicamenta pilo pinsentes, in mor-
 tarioq; terentes. & antipharmaca antidota, & quasi ue-
 nenum uenena. Dioscorides de iuglandibus, Contra ue-
 nena (inquit) exitialia uim habent antipharmaci: siue à
 ueneno hausto esitentur, siue antè edantur. Dicūtur etiam
 ἀλεξιφάρμακα, quasi uenenum amolientia & uim uene-
 ni expultricem habentia: quæ cū ante uenenum sumūtur,
 προφυλακτικὰ etiam appellantur. Inferius autem area
 Homericis uersibus ex Odyssæa libro quarto replenda.

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
 Ἐσθλὰ, τὰ ἢ Πολύδαμνα πόρε Θῶν & παρὰ κοιτῆσ,
 Αἰγυπτῆσ, τῆσ πλείεσσ φέρεσ ζείδωρ & ἀργεῖα
 φάρμακα, πολλὰ ἢ Ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ ἢ λυγρὰ.
 Tyndaris hæc habuit summo Ioue nata uenena,
 Quæ Polydamna dedit coniunx Aegyptia Thonis,

Commo

Pharmacopo-
 læ,

Commoda, consultè medica composita sub arte:

Multa legens Pharia solers tellure uenena,

Noxia permixtim carpens quoq; comoda multa.

Hæc medicamēta data esse Helenæ ab uxore Thonis Thebis in Aegypto, autor est Diodorus in secundo. Locus autē ille Homeri celebratus est à Græcis ob Nepenthes illud quod Helena cū Telemachū cum Pisistrato hospitio suscepisset, in cōuiuuium attulit, in uinumq; iniecit. cuius medicamenti erat ea uis & facultas, ut omniū malorū obliuionem ingeneraret. Siquidē usq; adeo letificum erat atq; exhilarans potores: ut qui uinū eo temperatū haussisset, nullā ille lacrymā eo die emittere posset: non si ambo eius parentes mortē eo die obuiissent: nō si liberi eius in ipsius conspectu contrucidati fuissent. Propterea eiusmodi pharmaca *μητιδέντα* uocat Homerus, id est *μητιδέντα θεωρητικῆν τέχνην ἐσκαυασμένα*, ut inquit Plutarchus. Plinius lib. v. & uicesimo, de inuentione herbarū loquēs: Homerus (inquit) primus doctrinarū & antiquitatis parens, multus alias in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit, tum etiā cūm rigaretur Aegyptus illa, non autem esset postea fluminis limo inuecta, herbas certè Aegyptias à regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes obliuionem tristitiæ ueniamq; afferens, & ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinandum. Quod dictū Plinius ex Theophrasto accepit lib. ix. de hist. plantarum. qui quod Plinius obliuionē tristitiæ ueniamq; afferre dixit, quasi ἀδειαρ πένθους immunitatē uacationemq; ipse λήθην ποιῆν καὶ ἀπάθειαν τῶν κακῶν dixerat. Fortasse autē Plinius apud Theophrastū nō ἀπάθειαν, quasi indolentiā & impatibilitatē malorū: sed ἀπένθεσιν legit, quasi luctus ueniā. quod uerbū alludit ad *νηπενθες*, ut suspicari subeat

subeat Plinium scripsisse, Obliuionem tristitiæ ueniamq; luctus afferre. Meminit etiam nepenthus libro uno & uicesimo idem Plinius. Macrobius vii. Satur. Non minus autem quam dulcedo uini hilarant uerba conuiuuium. Nam si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius: delinimentum illud quod Helena uino miscuit, non herba fuit, non ex India succus: sed narrandi opportunitas, que hospitem mœroris oblitum flexit ad gaudium. Meminit & Philostratus in uita Apollonij libro vii. *Νηπενθες* autem (ut inquit Eustathius) dicitur ὁ μόνος ἐστὲρρημένον πένθους, ἀλλὰ καὶ σερπίσκου, ὁ ἐστὶν ἀλυπός. *Νηπενθες* ἀχολόρ τε, κακῶν ἐπίληθον ἀπάντων.

Locus autem integer apud Homerum sic legitur,

Ἐνθ' αὐτ' ἀλλ' ἐνόησε Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα.

Αὐτίκ' ἀρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεον ἔπινον,

Νηπενθες, ἀχολόρ τε, κακῶν ἐπίληθον ἀπάντων.

Ὅς τὸ καταβρέξειεν, ἐπὶ κρητῆρι μιγείη,

Οὐκ ἄρ' ἐφημέριός γε βάλου κατὰ δάκρυ παρειῶν,

Οὐδ' εἰ δὲ κατατεθναίῃ μητήρ τε πάτηρ τε,

Οὐδ' εἰ δὲ προπάροιθερ ἀδελφεὸν ἢ φίλον ἕορ

Χαλκῶ δ' ἰδύωεν, ὃ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὄρωτο.

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιδέντα,

Ἐσθλά, τὰ ἢ Πολύδαμνα πόρε Θῶν ἔπαράκοιτις

Αἰγυπτιῆν, τῇ πλεῖστα φέροι ζείδωρ ἔραρα

Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἔσθλα μεμιγμένα, πολλὰ ἢ λυγρὰ.

Hic Helenæ subijt uino miscere uenenum,

Soluere quod luctus, iras sopire nunaces,

Quod memori fertur resides abstergere sensus

Sortis acerbæ animo: atque obliuia ferre malorum.

Qui semel id patera mixtum nepenthes iaccho

Hauferit, inde diem totum non fuderit ullam

Ille

Ille oculis lacrymam: non si suauissima proles,
Si germanus ei charus mater ue pater ue
Oppetat ante oculos ferro confossus atroci.
Tyndaris hæc habuit summo Ioue nata uenena,
Quæ Polydamna dedit coniux Aegyptia Thonis
Commoda, consulte medica composita sub arte:
Ipsa etenim Pharia solers tellure uenena
Noxia multa legit, mixtimq; salubria multa.

Sequitur in eodem cap. Glandis appellatione omnis fru-
ctus continetur, ut Iabolenus ait, exemplo Græci sermo-
nis, *δρυός*: apud quos omnes arborum species appellantur.
Quem locum ex antiquo exemplari sic lego, Apud quos o-
mnes arborum species *ἀκρόδρυα* appellantur. Species au-
tem hîc sic accipitur, ut in cap. ultim. supra, De muneribus,
Nam harum specierû curatores, quos *σιτώνας* & *ἐλαειμ-
πόρος* Græci appellant, creari moris est. Et species horrea-
riæ in titulo, De conditis in publicis horreis, lib. x. Codicis.
Prisci autem Græci omne genus arboris *δρυός* appellatio-
ne intellexerunt. Est autē *δρυός* propriè robur. Vnde Dryi-
dæ Gallorû sacerdotes appellati, ut autor est Plinius libro
xvi. Ab hoc uocabulo *δρύφακτ* & *δρυπετῆς* deriva-
ta: in quibus dictiōibus uestigia primigeniæ illius significa-
tionis apparent. *δρυπετῆς* enim dicuntur fructus adulti &
maturi, quasi iam ex arbore casuri. Vnde drupæ oliuæ. Pli-
nius lib. xv. de oleo loquens, Optima autem ætas ad decer-
pendum inter copiam bonitatēq; incipiente bacca nigresce-
re: nostri uocant drupas: Græci uerò *drypeteis*. *ωρα τῆς*

ἀκρόδρυα. *δρυῖν* igitur fit dictio *ἀκρόδρυα*: quo uerbo Gaius omnem
fructum significari dixit. Propriè tamen *ἀκρόδρυα* à Gra-
cis appellatur quæ in ambitu lignosum putamen habent: id
est, τὰ τὸ ξυλῶδες ἐκτὸς ἔχοντα καὶ περὶ τὰ ἄκρα, ἢ τὸ
σεῶξ

σεξί μὲν ἐντός. quod genus appellatione nucum apud Lati-
nos continetur: id est, τὰ καρυκρά. Contrà autem quæ poma
dicimus, ut sunt, *cydonia malaq;* reliqua, *pruna, cerasa,* &
similia: à Græcis *ὀπώρα* dicuntur singulari numero. Iulianus *ὀπώρα*
in Epistolis, καὶ *δένδρα παντοῖα ὀπώρα φέροντα*. unde *ὀπο-
ρώναι* eorum fructuum negotiatores apud Demosthenem,
ut *σιτώναι* & *τελώναι*. Quæ autem glandis appellatione
apud scriptores intelliguntur, à Græcis *βαλανηρά* uocan-
tur. Latior est autem iurisperitorum ex edicto interpreta-
tio, ut hîc Caius tradidit.

IN capite, Pupillus, lego: Incola est, qui in aliquam re-
gionem domicilium suum contulit: quem Græci *παροικου*
uocant. Sic enim antiquum exemplar legendum esse, non
leuem fidem facere mihi uisum est literarum uestigia obser-
uanti, fugientia illa quidem & obscura, sed aliquam ima-
ginem lectionis uerisimilis retinentia: cum frequentius in-
cola *μέτοικ* & appelletur, ut alibi diximus. Cicero in Offi-
cijs: Peregrini autem & incolæ officium est, nihil præter *Incola.*
suum negotium agere: nihil de alieno inquirere: minimeq;
in aliena Republica curiosum esse. Huiuscemodi incola fuit
Abrahamus ille inclytus in terra pollicitationis. *πίσι πα-
ρῶκκοι εἰς γῶ τῆς ἐπαγγελίας*. Quare ad Ephesios II.
cap. Ergo iam (inquit Apostolus) non estis hospites & in-
colæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. καὶ ἐτι ἐσε-
ξένοι ἢ παροικοί. uel ad uerbum: Iam non estis peregrini
& incolæ, sed municipes estis sanctorum & in familia
Domini. Apostolus enim Græcarum etiam rerum gnarus *Diuus Paulus.*
perinde ut linguæ fuit: quamobrem in Epistolis, translatio-
nibus non paucis usus est, ad Græcorum ritus institutaq; al-
ludentibus. Sequitur in eodem cap. Aduena est quem Græ-
ci appellant. Lego, quem Græci *ἐποικου* appellant, eiusdem

Aduena & coloni.

exemplaris fide adductus. ἑτοιμοί, id est, aduena et coloni, duorum sunt generum. Quidam enim indigenis exactis ad incolendum civitatem quamprimum ueniunt: ut apud Thucydidem, ἑτοιμοὶ ἑαυτῶν ἐπεμύσαν Ἀθηναῖοι. e corpore suo miserunt Athenienses qui in urbe exhausta habitarent. Quidam autem ideo mittuntur, ut tanquam supplementum sint semiplena civitatis: ut apud Aristotel. in Politic. Ἀπολωνιάται ἑτοιμοὶ ἐπαγαγόμενοι ἐς ἄσπασα: Apoloniatae cum aduenas in sua urbe asciissent, seditione agitati sunt. σύννομοι autem sunt conuena diuersis locis eodem coeuntes ad urbem conuictis aedificijs condenda: qui alio nomine σύγκλυδες appellantur. quare σινοικία Platoni ciuitas appellat, propter domiciliorum conuictionem. Aduena alioquin a Graecis ἑπιδυς dicitur. Isocrates in Παναθηναϊκῶν, Οὐδέ τις πάριός ἐστι ἡγεῖσθαι τὸς ἐπιδυδας τῶν ἀσπασχρόνων. id est, Lacedaemonios Atheniensibus imperitare, qui aduena sunt, cum Athenienses sint indigenae Atticae.

IN cap. Malum. §. Plumbum: Plumbum autem quod pro tegulis poneretur, aedificij esse Labeo ait: sed id quod in ripa γπαθηῖν teganai causa poneretur, contra esse. Lego ex antiqui obseruatione hypethrij: ut in prior editione animaduertisse nos iam pridem scripsimus, cum de hoc uocabulo differeremus.

Basis structilis.

IN ca. Statuae, Statuae affixae basibus structilibus. Si quis id legerit quod alibi de structili opere structuramque scripsimus: facile percipiet Accursium huius dicti sententiam non esse assecutum. Bases structiles sunt ueluti sedimenta columnarum, non solido lapide caesa, sed opere camentitio lateritio ue coagmentata: quibus columnae βεβήκασιν, id est, nituntur, ipsae quidem solido lapide constantes. Quas ideo (ut opinor) partem aedium non esse respondit Pomponius, quod solidi lapidis scapus uideri non potest coherere cum basi que struct

structili opere constat: quare pars eius corporis esse non potest, quod dissimili operae compositum est. In eodem capite: Prothyrum quod in aedibus interdum fieri solet, aedium est. Prothyrum est uestibulum domus, ita de priuatis aedibus dictum, ut Propylaum de uestibulo urbis uel templi uel regiae. quanquam Aristoteles de regia Persarum loquens, in libro de Mundo, τὸ πρόθυρον iunxit τῷ πυλῶνι. Plinius li. xxxvi. Non postferuntur Charites in propyleis Atheniensem, quas Socrates fecit alius ille quam pictor. Prothyrum tamen aliter a Graecis aliter a Latinis accipi, autor est Vitruuius libro vi. de uocabulis Graecis loquens, quae apud Graecos Latinosque non eodem significato accipiuntur: Prothyra, inquit, Graecae dicuntur quae sunt ante ianuam uestibula: nos autem appellamus Prothyra quae Graecae dicuntur Diathyra. Nec addidit quid hoc uocabulo intelligere debeamus. Ego autem existimo διάθυρον esse obicem transuersarium ductilem aut uersatilem: id est, repagulum e materia compactum, quod et uehicularum et equos a uestibulo aedium arcet: qualia multa Lutetiae uidentur. In quo significato hoc in loco Prothyrum accipiendum censeo. Prothyrum dictum, quasi ianae obiectum: uel porro a ianua situm, obicis uicem praebens. Nam alioqui si Prothyron τὸν θυρῶνα, id est, uestibulum intelligamus: fieri nequit ut pars aedium non sit, cum prothyrum inter exemptilia numeretur sine aedium fractura. Nec obstabit dictum Gellij, qui Caecilium Gallum in libro de significatione uerborum quae ad ius civile pertinent, ita tradidisse affirmat: Vestibulum non in ipsis aedibus esse dicit nec partem aedium, sed locum ante ianuam domus uacuum, areamque per quam a uia publica accessus est ad aedis. Siquidem olim quibus ampliores domos habere licebat: ij ante ianuam locum relinquebant, qui medius in-

Prothyrum. Propylaum.

Diathyron.

Vestibulum.

ter uiam & fores domus esset : qui locus statio erat salu-
torum. Apud nos autem huiuscemodi uestibula in uiam pro-
currentia longiusculè non fiunt duntaxat in priuatis edi-
bus : nisi quatenus ea quæ diximus prothya proferre eo-
rum uenia licet, quorum de uia publica statuere minus est.
r'iatores. quos ob id uiatores (ut opinor) appellare possumus. ὁδο-
ποῖς appellabant Athenienses.

s v b titulo, De regulis iuris : Omnis diffinitio in iure
ciuili periculosa est. parum est enim ut non subuerti possit.
Lego: Rarum est enim. Accursius diffinitionem duobus mo-
dis intelligi posse ait. Vno modo, ut diffinitio sit propria &
breuiter comprehensa rerum substantiæ enuntiatio: quæ con-
stat genere, specie, differentibus et proprijs, ut inquit Quin-
tilianus : Alio modo, ut sit plurium rerum summam facta
traditio, quasiq; ad regulam exacta rerum doctrina. Quod
si uerum est, non diffinitio, sed definitio legi debet, ut uerbo
Definitio. Græco respondeat. Huiuscemodi enim definitio Aphorismos
Aphorismi Græcè dicitur. Est enim ἀφορισμὸς ἢ τὸ ἀφορισμὸς φθέγγ-
& Apophthe- gmata. γεῖν, ut Σιωέσιος de Hippocrate loquens, ὃς ἀφορισμὸν ἦτοι
βραχυλογῶν, ἔφη τὸ ἐνδείαν ὑγίαιας εἶναι μνῆρα. Sic
enim dicitur ut ἀποφθεγγομαι, ἀπὸ τῆς σιωεσαλμένως λέ-
γω. Vnde apophthegmata quasi præcisæ sententiæ & bre-
uiter circumscriptæ. ἢ γνωμικὸι ἀφορισμοὶ ijdem sunt cum
apophthegmatis: dicta scilicet sententiosa, quæ dicta qui-
dam appellauerunt. Plutarchus in Lycurgo, ἢ γὰρ αὐτὸς ὁ
Λυκῆργος βραχυλόγος τὸς εἶοικε γενέσθαι ἢ ἀποφθεγμα-
τικὸς. Definire autem uerbum in eâ significatione legere
me non memini. Ex quo fit ut mirer unde id aut Accursius
acceperit, aut ij unde Accursius didicit. Vtro autē modo po-
tius hîc accipi debeat definitio, nō temere inuenias qui affir-
ma re ausit, ut opinor. utrunq; enim defendi æquè potest. De
finit

fnitione enim loquēs Quintilianus in VII. Rarissima enim
apud Oratores reperietur illa ex consuetudine Philoso-
phorum ducta seruitus. est enim certa seruitus ad certa se-
uerba astringendi: idq; faciendū in libris Ciceronis de Ora-
tore uetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum, cum si
uno uerbo sit erratum, tota causa cecidisse uideamur. opti-
maq; est illa uia qua utitur Cicero pro Cecinna: ut res pro-
ponatur uerba non periclitentur : Etenim Recuperatores,
nō ea sola uis est quæ ad corpus nostrum uitamq; peruenit,
sed etiam multò maior ea quæ periculo mortis iniecto for-
midine animum perterritū, loco sæpe et statu dimouet. Dif-
ficultas autem finiendi oritur ex subtilitate quæ circa pro-
pria ac differentia uersatur, ut ipse alibi dixit. Eodem perti-
nent ea, quæ à Cicerone de definitione in Topicis dicuntur.

RELIQVAVM ANNOTA-
tionum Index, tam Latinarum, quàm Græ-
carum dictionum copio-
sissimus.

	A	Ἄδεια	39
Abruptum	176	Admissarius	11
Abscissum	176	Admissura	ibidem
Accepto ferre	97	Admittere	ibidem
Accursij audacia	72	Admittere equum	12
Ἀκόλυθοι	90	Adoptio	73
Ἀκροτικοὶ	192	Aduena	274
Ἀκρόδρυα	273	Aduocare	124
Actionem dictare	7	Aduocatio	9.124
Aderare	131	Aduocationes uenire	24
Aderatæ species	131	Aduocatus	124
		SS 3	Aedic

I N D E X

Aedacula	99	Ἀνάκρισις	34
Aerarij	230	Ἀναδεικνύμενοι	245
Aequi boniq; facere	187	Ἀναγραφῆς	189
Aestimare litem	93	Ἀνάσσωσι	42
Aestimare litem capitis	95	Anathema	113
Aestimatio litis	94	Andria	27
Ager nouatus, profcissus	151	Androlepsia	147
		Angariae	86
Agere cum patribus	101	Animaduertendi locus	50
Agere cum populo	ibidem	Animaduersio uiri in uxore	74
Agminales equi	224	Animaduertendi ratio in fa-	215
Agnati & Gentiles	252	cinorosos	144
Ἀγωνοθεσία	227	Annonæ Curatores	258
Agonothetae	243	Annus intercalaris	96
Ἀγωνοθετεῖν	223	Anquirere capitis	266
Agonothetes	ibidem	Ante diem quintum	180
Ἀγοράνομοι	240	Antepilani	23
Agronomi	225	Antestari	134
Ἀγρονομία	ibidem	Ἀντιμαδιστάμενοι	173
Album Iudicium	200	Antiquissimum	176
Ἀλεξιφάρμακα	269	Ἀντίτυπον	142
Ἀλλαγῆ	87	Ἀπεικασμός	276
Allegere	191	Aphorismi	ibidem
Allesti	134.191	Ἀπορισμός	ibidem
Ἀμείβεσθαι τοῖς ὁμοίοις	228	Ἀπορίσειν	60
De Ambitu lex	246	Τὰ Ἀφροδισία	215
Ἀμύνεσθαι τοῖς ἴσοις	228	Ἀποδέκται	268
Ἀμερίμνια	39	Ἀποκαταδραῖν	254
Ἀμνησθῆναι	251	Ἀποχωρίστικον μέτρον	94
Ἀμοιβῆ	87	Ἀποδέκται	4
Ἀνακρίνειν	35		

IN PRIOR. ANNOT.

Ἀποδισσοτεῖν	79	Ἀσέλγη	78
Ἀποικία	85	Ἀσφάλγη	39
Ἀπόλεκτοι	204	Ἀσφάλισμα	180
Ἀπολογεῖσθαι	32	Ἀσάδμοι	198
Απορηθηgmata	276	Asynomia	252
Ἀπόρρυπον	156	Athenienses undecimviri	215
Αποσυναγογῆ	113	Athlothetae	223
Ἀπότομον	176	Atocia	76
Ἀποζῆν	267	Attalica	253
Apparitores	133	Auerta	87
Approbare	97	Augusti duo primū facti	63
Approbatum opus	96	Aulea	259
Aqua & igni interdiceret	63	Auscultatores	192
III		Autophoros	9
Aquam perdere	211	Ἀξίωμα	190
Aqualicium	230	Τὸ ἀξιωματικόν	ibidem
Aquilex	ibidem	B	
Aquileges	ibidem	Babylonica aulea	253
Ἀρχαιρεσία	106	Balani	267
Ἀρχαιρεσίαζειν	109	Βαλανηγῆ	273
Ἀρχεῖον	135	Barbara uerba in tribus li-	87
Archeota	194	bris Codicis	274
Archippocomus	87	Basis strutilis	253
Archium	135	Belluata stragula	249
Areopagus siccariorum uin-	145	Beneficarij	ibidem
dex	130	Benignè facere	119
Ἀργυρόλογοι	251	Ad Bestias damnari	187
Ἀροσθῆ	76	Boni consulere	244
Arrenogona	249	Βραβύται	55 4
Artes liberales	59		Bur
Ἀρθερα ἐν ἄρθεροις ἔχων			

I N D E X

Buprestis	75	Cauere obsidibus, capite	
		80	
C			
Cæsaris Dictatoris tempus	106	Causæ subscribere	8
Calcularij	22	Causam subscribere	ibidem
Camelarij	198	Causam dicere	31
Camelates	198	In Causam descendere	8
Camelitæ	ibidem	Cautio	81
Campe	75	Cautores	ibidem
Candida toga	159	Κεμίλια	129
Candidati	100	Centuriæ primæ classis	101
Candidati Cæsaris	107	Centuriæ prærogatiuæ	102
Candidatorum mos in Senatu	246	Centuriata comitia	100
Cantharides	76	Centurionum uitis	182
Canticum palmarium	11	Certa crimina	78
Capitolium rerum mos pri-		Χαλκεύς	230
scus	84	Chartophylacium	135
Capitis anquirere	96	Chartoprata	128
Capitis litem aestimare	95	Chirographum imitari	80
Capitis triumuiiri	215	Chomata	21
Cardo	99	Χρεοκοπία	130
Castrensia principia	180	Χρεοκοπέιν	ibidem
Καταβάλλειν	250	Χρησθήσια	240
Καταγώγια τῶν ἀγγελιαφό-		Cimeliarchus	119
ρων	196	Cimeliarchion	ibidem
Κατασκήπειν	136	Cintia	92
Catharmata	115	Circenses ludi	242
Κατενεχυράζειν	147	Circumuenire	65
Cauere	80	Circumuenire iudicio	ibid.
Cauere ab aliquo	ibidem	Clarigatio	147
		Classes	101
		Κλέμματα	88
		Ad	

I N P O S T. A N N O T.

Ad Clepsydram orare	211	ca	36
Clepsydrae plures actoribus		Commilitium	183
dabantur	ibidem	Comopolis	127
Κλεψείν	88	Comparatum	353
Κληρωτοί	221	Compendium	235
Κλητεύειν	25	Compendiosa substitutio	135
Cientes	171	Congiarium	182
Coactores	130	Coniurationis crimen	48
Codicillaris potestas	85	Confessus	129
Codicilli	ibidem	Constat ratio	183
Codicis libri tres postremi		Constitutæ questio	69
87		Constitutio iudicij	9
Cœnobiarchæ ius	74	Consulere boni	187
Cognitor	123.125	Contrahere	250
Cohortales	132	Conuassare	16
Coire	22.83	Conuenire	64
Coitio	23	Conuenticula	29
Coloni	185.274	Conuentus	64
Colonia	186	Κόρη	139
Comata	21	Κοσμήν	188
Comites Iudicum	90	Crimen maiestatis	48
Comites quasi ex cohorte		Criminis admissi pronuntia-	
Prætoria	91	tio	217
Comitorum summa	100	Crimina certa	78
Comitium	139	Κρηνοφυλακία	225
Comitia Centuriata	101	Κρίνειν	31
Comitia curiata centuriataq;		Κρίσιμοι	216
100		Κτήνια φοι	230
Commentitium	148	Cucuma	72
Commercium & cognatio		Cucumella	ibidem
lingue Latine cum Græ-		Curatores	227
	55	5	Cur

I N D E X

Curiae Iudicum quinque	214	Deglubere	13
Curiales	195	Δένωσις	139
Curia Comitia	100	Denuntiare testimonium	23
Curio	196	Deportatio	150
Curionatus	ibidem	Deprehensus	59
Cursus publicus	ibidem	Deprehensus Orator	70
Cursus uehicularis	86	Descendere in causam	8
Custodes	8	Designati magistratus	245
Κεῖναι δόξαν	204	Designatores mansionarij	197
D			
Damnari indicta causa	33	Detrectare	38
Dare nomen militiae	92	Δεξιέρμνοι	100
179		Δεξιέρμν	246
Decaprotia	224	Dextrae prehensio	ibidem
Δεκαπρόβειρον	241	Diacatoche	129
Decedere	40	Διδάσκαλοι	156
Decedere de officio & more	41	Διαίτηται	221
		Διαλύεσθαι	250
Decemprimi	224	Διαφορὰ	56
Decemprimatus	ibidem	Διατάττειν	189
Decernere quaestionem	71	Διάδυρον	275
Decima bonorum Herculi	241	Διαξίον	267
		Διαξίον μόνον	254
Decoctiones	130	Δίκαιον ἐπίπλαστον	149
Decoctores	ibidem	Δικασικόν	151
Decoquere	ibidem	Τὸ Δικασικόν	213
Decumanus	99	Dicere pro destinare	37
Decuria Iudicum	205	Dicere causam	31
Defensores ciuitatum	130	Dicere Dictatorem	38
Definire	276	Dicere doti	37
Definitio	ibidem	Dicere multam	36
		Dicere	

IN PRIOR. ANNOT.

Dicere sacramento	37	Duodecim primi Fraciae	224
Dicta dies	38	Duracina uua	26
Dicta puella	ibidem	Δύ ὀβελῶ	158
Dicta sponsa & pacta	38	Dystoca	76
Dictare iudicium, actione	7	Δυσουαῖν	ibidem
Dictator	38.101	E	
Dictio causae, pro apologia	33	Τὸ ἐκθίβασικόν	152
		Ecdicus	130
Dies dicta	38	Ἐκδικηταί	ibidem
Dies iudiciales	216	Ἐκδικοί	ibidem
Dies legitimi	209	Echemythi & auscultatores	198
Dignitas	190	Ad Edictum respondere	179
Dinosis	139	Ἐγκάστακίππειν	136
Διόρησις	26	Elemporus	123
Diplomata	84	Ἐλσδέρια	249
Dispendium	235	Ἐλσδέριοι λόγοι	ibidem
Distrahere	250	Ἐμβόλιμῳ	258
Diui fratres, de geminis Augustis	63	Emerita stipendia	183
Diuisores	103	Emmeles	121
Δοιμασία	157	Ἐνεχυράζειν	147
De Dolo actio	14	Ἐνοχλῶ ἀξιῶν	6
Donatium	182	Enoplia saltationes	120
Doti dicere	37	Ἐπαρχοί	216
Ἡ δόραξις	222	Ἐπεξίεναι	30
Drusus	20	Ephemerides	267
Δρυπεταῖς	272	Ἐφορᾶν	193
Δρύρακτις	ibidem	Ἐφύδωρ	211
Δρύς	ibidem	Ἐφυγομάχων	58
Ducenarij Iudices	219	Ἐπικέρημα	180
Duo Augusti primi facti	63	Ἐπιμεληταί	227
		Epia	

I N D E X

Epinicia	11	Ἐπίσημοι	193
Ἐπισκοπῆν	193	Ἐπίσημοι	226
Episcopus	ibidem	Exilij causa solū uertere	141
Ἐπίσταται	227	Exilium liberum	234
Ἐπιστάμενοι	197	Exilium olim non pœna le-	
Epistathmi	ibidem	gum	141
Ἐπιστάμενα	ibidem	Exilium uoluntarium	140
Ἐπιοικοι	187.173	Eximere pœne, noxæ, note,	
Equi agminales	224	& supplicio	83
Equites & Iudices	203	Expiamentum homicidij	143
Equorum productio	193	Expiator Iupiter	ibidem
Equum admittere	12	Expilator	25
Ἐργασίαι	183	Extorris	113
Ἐργεπιστάτης	198	Extraquam, in exceptioni-	
Ἐρημάζειν	127	bus	54
Erusa	75	Ἐυδυνόμοιοι	84
Ἐυδικοι	144		
Euangelia	10	F	
Euectiones	86	Fabrorum Præfectus	229
Euerriolare	15	Facere equi boniq;	187
Euerriculum	14	Facere paria	227
Eunuchi	264	Feris obiecti	119
Ex uinculis causam dicere		Ferre accepto	97
32		Ferre questionem	69
Ἐξαργυρώσαι	131	Fide publica uenire	40
Exauctoratæ legiones	175	Flagitare	6
Exceptionum formulæ	54	Fœderati	169
De Exceptionibus	221	Formulæ exceptionum	54
Excusores	230	Formularij	126
Exemplum memorabile	180	Forum	222
Exemptilis dies	262	Franciæ infelicitas	105
		Franciæ palladium	ibidem
		Fruent	

I N P O S T. A N N O T.

Fruentatores	192	Hippocomi	87
Fur unde	9	Ἰππικόν	268
Furtum nec manifestum	10	Ἰππογνώμων	13
		Ἰππόπορον	13
G		Ἰππ	ibidem
Gabinetum	b. 129	Ὀδῶοιοι	276
Gallinaceus	81	Homicidæ scelerati & abo-	
Gentiles & agnati	254	minandi olim	142
Gerere rem	175	Homicidarum pœna	112
Gladiatura	119	Homicidij expiamentum	143
Græca uerba Latina facta		Hominum oppignerandorū	
9		ius	147
Græce linguæ cum Latina		Homo sacer	113
commercium	36	Hospitiij ius	165
Grammatophylacium	134	Hospitalis tessera	164
Grassari	136	Hospitium publicum ibidem	
Grassatores	135.69	Hospitium inter Milesios et	
Γυμνασιαρχία	226	Syberitas	167
Γυναικονομία	226	Hospitia	170
Gyneciarius	128	Hydraulus	128
Gynæconomi	226	Ἰπομνήματα	189
		Hypomnematoграфи	127
Ἡλαία	222		
Ἡμιδραχμοι	ibidem	I	
Herculana pars	241	Ἰδιοξενία	170
Herculi dicatæ decimæ	241	Imaginaria militia	180
Ἐταιρεία	27	Imitari chirographum	84
Heteriarcha	28	Imminuere magistratum	47
Hieremiæ locus	12	Imminuere imperium	ibid.
Ἰμάτιον	156.253	Immunis	150
Ἰμάτιον ἀνδρείου	156	Imperandi modi usus	170
Hipparchia	193.226	Impostura	26
			In

I N D E X

In iudicio	210	ta	208
In iure	219	Iudicia Romana	200
Inauditus	73	Iudicia publica quo modo	
Incolæ metœci	127	olim exercebantur	70
Indicium	53	Iudicialis urna	202
Indicium profiteri	65	Iudiciales dies	216
Indicium sibi postulare	ibid.	Iudicij constitutio	9
Indicta causa damnari	33	Iudicium decuriæ	205
Ingenuæ artes	249	Iudicium decuriæ quinque	
Inire magistratum	245	214	
Inquirere	68	Iudicium reiectio & subfor-	
Inspectio	194	titio	207
Inspectores	ibidem	Iudicium dictare	7
Inspicere	ibidem	Iudicium in Senatu factum	
Intercalaris annus	258	210	
Intercalaris mensis	ibidem	Iudicium prodere	109
Intercalatio Cæsariana	158	Iudicium prolusorium	154
Irrepere	89	Iudicio circumuenire	65
Iudex quæstionis	72	Iudiciorum appellatio	220
Iudex quæstionis in tholo ca		Iudiciorum præfides Dij	216
pitali	66	Iupiter expiator	144
Iudicare	42	Iupiter hospitalis	165
Iudicare perduellionis	ibid.	Iupiter sodalicus	18
Iudicandi munus graue	200	Iurisdictio	220
Iudicandi necessitas inter mu-		Iurisdictio libera	234
nera personalia habebatur	212	Ius pignerandorum hominū	
		147	
Iudicantium numerus	206	Iusta uxor	66
Iudices	216		
Iudices & equites	203	L	
Iudices sex & quinquagin-		Læsa maiestas	45
		Λαρχαίειρ δίνας	64
		Lasc	

I N P R I O R. A N N O T.

Lasciua	14.78	Λιμενοφυλακία	225
Λαίτωροι	230	Limes	99
Lazari Baifij laus	163	Λιπαρῶ	6
Legati duorum generū	234	Non liquere de causa, &c.	
Legationes liberæ	232	217	
Leges sacratæ	114	Litis æstimatio	94
De Legib. iudicarijs	201	Lites æstimatæ	ibidem
Legiones exauctoratæ	175	Λιδυλλοί	230
Legitimi dies	210	Λιδυργοί	ibidem
Legulei	126	Λογισταί	226
Lex Cincia	92	Logographi	184
Lex de sodalicijs	29	Λωποδύται	16
Lex de usuris	51	Λωποδύτῶ	ibidem
Lex Draconis memorabilis		Lorica	255
146		Loricatio	256
Lex socialis	92	Lucipores	254
Λόκωμα	200	Ludus	119
Libera dicendi tempora	211	Ludus uenatorius	118
Libera disceptatio	234	Lustrare	77
Libera iurisdictio	ibidem		
Liberæ legationes	232	Μ	
Libera mandata	234	Μαχαίρωτοι	231
Liberales artes	249	Μαγείανδρα	26
Liberum exilium	234	Magister populi	101
Liberi	166	Magistratus & Curatores	
Librarij depositorum	231	227	
Libratores	131	Magistratum imminuere	47
Ligna & sal	195	Magistratum inire	245
Limenarchæ	196	Magistratus petere licebat	
Λιμεναρχία	225	246	
Limenophylia	196	Magistratum creandorum	
		mos	100
			Maist

I N D E X

Maestas	44	Μέθοδος	235
Maestas imminuta	44	Μέτοικοι	127
Maestas in populo	ibidem	Μέτοικος	273
Maestas lesa	45	Metrocomia	127
Maestatis crimen	48	Militaris missio	92
Maestatem minuere	47	Militaria & castrensia principia	180
Maestatem retinere, constituere, conseruare	45.46	Militia imaginaria	ibidem
Maestatem soluere	45	Minuere maestatem	47
Mandata libera	244	Missio militaris	92
Mansionarij designatores	197	Μισθαρνῆρ	183
Mansiones	196	Μισθοφορῶντες	ibidem
In Manu mariti esse	75	Μνήμονες	225
Marcipores	154	Molle	176
In Mariti manu esse	75	Μονάζειρ	127
Mastigophoros	223	Mos in testib. rogandis	62
Μαθήματα	249	Multam dicere	36
Medicamenta uenenata	75	Munus	242
Μελοδιδάσκαλοι	156	Munerum publicorum summaria diuisio	229
Μέλλοντες	245	Munerarius	242
Μελλονύμφη	129	Munificus	245
Melloproximi	ibidem	Munificum prædium	250
Μελλοδάντης	ibidem	N	
Melos	121	Ναΐδιον	99
Menytra	10	Ναοφύλακες	194.226
Mensis intercalaris	158	Nauarchia	226
Mensores	230	Νεᾶρ	251
Merere	183	Νεᾶς	252
Μεταναστῶντες	141	Nec pro non	10
Metatores	230	Νεώκοροι	195
			Nep

I N P O S T. A N N O T.

Nepenthes	270	ὀπώρα	273
Nilus	21	ὀπωρῶναι	223. 192
Νομῆ	132	Optiones	228
Nomen militiae dare	179	Opus probatum	96
ad Nomen respondere	179	Orare ad Clepsydram	211
Nomenclatores	100	Oratores	64
Nomenclatura	ibidem	Orchestodidasalos	122
Νομοφυλακία	226	Ordinare	188
Νοσοκομῆιον	230	Ordinatum	ibidem
οἱ Νοσοκόμοι	ibidem	Osprionæ	223
Notoria	109	Otiosum esse	59
Noualis	251	Oxitoca	76
Nonare agrum	ibidem	P	
Nudiusquartusdecimus	265	Παιδονομία	226
Numerus iudicantium	206	Παλιμβλας	251
Nunciare	110	Παλιμφύης	ibidem
Nundinae	239	Palladium Franciæ	104
		Pallia	253
Obrepere	88	Palliate fabulæ	ibi-
Obrepere ad honores uel magistratus	ibidem	dem	
Obsidibus cauere	80	Pandectæ Græcæ	244
ὀικητήρια	240	Papyropolæ	128
Officium	152	Παρακαταβολή	152
de Officio & more decedere	41	Παράκλησις	125
ὀικοδομική	230	Παράκλητοι	ibidem
ὀνηλάτης	198	Παραγγέλλειν	100
ὀνοματολόγοι	100	Παράλογες	161
ὀνοματολογία	ibidem	Παρερπύσαι	88
Opificiorum magistri	194	Paria facere	227
		Parrippus, uel parrhippus	86
		tt	Parochus

I N D E X

Parochus	195	φεύγων δουλίας	32
Parochia	ibidem	Phiditia	27
Fastus	132	φιλανθρωπίαι	260
De Patria potestate	73	φιλανθρωπία	249
πάτρονες	172	φιλαρχία	109
Patronus	123	Philius Iuppiter	28
Pauli locus	273	φιλοσωρία	249
Pedifmos	230	φολοτιμία	109
πελάται	172	Philtrā	76
πελατείαι	ibidem	Phthoria	ibidem
Pelliones	232	φυλακτήριον	180
Pendere dicuntur rei	30	Pignerandorum hominum	147
Pendientes rei	ibidem	ius	ibidem
Peragere reum	ibidem	Pigneratio	ibidem
Perduellio	48	Plagæ	253
Perduellionis iudicare	42	πλασματώδες	148
Peregrini officium	273	Platonis locus	238
Periculum	18	πλεονέκτημα	103
πειπέτασμα	253	Polemarchi	226
πειπόρφυρ	161	Polemarchia	ibidem
Peripsēma	115	Pollucere	241
Peristroma	252	Populi Rom. maiestatem co-	170
Perscribere	189	müter conseruare	170
Percriptiones	ibidem	Postulare	71
Percriptor	190	De Potestate patria	73
Persecutor	130	Præcidere	178
φαρμακοί	144	Præcisē	ibidem
Pharmacopolæ	269	Præcisum	176
Pharmacum	ibidem	Præfectus fabrorum	229
φενάκισμος	26	Præfractum	176
φεύγειν	31	Præpositi	227

Prærog

I N P O S T. A N N O T.

Prærogatiua	102	Πρωταϊδιεύματα	249
Prærogatiuæ centuriæ ibid.		Προφυλακτικά	269
Præscribere	55	Proprius esse	227
Præsidium & præsidia	180	Propyleum	275
Prætexta	155	Προσαγγελῆς	100
Prætexta à Prætoze pone-		Προσαίρησις	134
batur, quando, &c.	162	Προσαίρησεσθαι	191
Prætexta pulla	163	Proscissus ager	251
Prætexta toga	160	Προσγεγραμμένοι	191
Prætextati olim ludos spe-		Προσλιπαρῶ	6
ctabant	163	Προσάται	172
Prætor	67	Prothurum	275
Prætor iudicijs præerat &		Prothyrum	275
iudicibus	205	Προξεντικόν	250
Prætoriani	58	Προξένια	184
Pragmatici	122	Πρυτανεία	151
Pragmaticarius	126	Ψηφισαδί	40
Presbyteri	174	Ψηφολογοί	22
Προαγωγιστικόν	154	Πτύγμα	85
Προαγωρες	153	Publica fide uenire	40
Probatum opus & appro-		Publica iudicia quomodo	
batum	96	olim exercebantur	70
Πρόβλημα	180.255	Publicani	205
Probrum	56	Publicus cursus	196
Πρόκλησις	61	Pulla prætexta	163
Procurator	123	Purpura	162
Προγραφή	134	Pyrrhicha	121
Proludere	153	Pyrrhicharij	120
Prolusio	ibidem	πυρρίχισαι	idem
Prolusorium iudicium	154		
Pronunciare nummos	104	Q	
		Querere	68
		tt 2	Quer

I N D E X

Quarere rem	70	In Reos referre, recipere	
Quasitor	67	84	
Quaestio	16. 66	Requisitae res	68
Quaestio constituta	69	Respondere	32
Quaestionis iudex	72	Respondere ad edictum	67
Quaestionis iudex in thalo	66	ad nomen	179
		Restibilis ager	251
Quaestionem decernere, postulare	71	Retinere maiestatem	45
Quaestionem ferre	69	Reum fieri	84
Quinqueprimi	224	Reum peragere	30
Quintae classis	102	Rheda	86
Quirites	175		
Quoad uiuet, quoad morietur	267		
		S	
		Saccularij	22
		Sacer homo	113
		Sacerdotes sodales	27
		Sacoma	98
		Sacramento dicere	37
		Sacrare caput cū bonis	114
		Seculares artes	249
		Sagatus	144
		Sal & lignum	195
		σαλαμάνδρας	75
		Saltationes enoplie	120
		Sapientiae libri locus	185
		Sardonix	152
		Sarta tecta	96
		Scandularij	230
		Scenici ludi	242
		σκέπασμα	255
		σκεύη	240
		Schola	119

σκιρτᾶν

I N P O S T. A N N O T.

σκιρτᾶν	79	Soluendo esse ere alieno	
Scrutari crimina	110	243	
σίκωμα	98	Solucere maiestatem	45
Securitas	39	Solum uertere	141
Seges	252	Σόφισμα	26
Selectae sententiae	204	Sordes	16
Selecti iudices	203	Sordidus	17
Selecti iudicum	207	Sordidatus	ibidem
Σεμνοπρόπεια	190	Sortes iudiciorum	65
Senatores Romani	166	De Sortitione iudicum	207
Sententia tabellaris	134	Spadones	264
Sententiae interdum palam proferebantur	216	Sponsa & pacta	37
Sententiae selectae	204	Sportulae iudiciales	213
Seruitium	27	σπυδαία	121
Sesqui	177	σπυδαρχῆν	109
Sestertia dena	93	σπυδαρχία	ibidem
Σιτολόγοι	192	σθμᾶδ]	230
Σιτολογία	ibidem	σθμοὶ	196
Σιτομέτραι	192.225	Stellatura	77
Sitona	192	Stipendiarij	169
Σιτώναι	192.223	Stolatus Vlyxes	159
Σιτωνία	192	Stragula	253
Sitophylaces	ibidem	στρατεύειν στρατίας	183
Socialis lex	92	Strobili	267
Sodales sacerdotes	27	Structores	230
Sodalitius Iupiter	28	Structoria ars	ibidem
Sodalitium	27	Stuprum	55
De Sodalitijs lex	29	Sublegere	191
Sodalitates	27	Sublecti	134
Solidus	128	Subscribere	7
		Subscribere causae	8

tt 3

Subscr

I N D E X

Subscriptio	7	Σύνταξις	193
Subscriptores	ibidem	Συσκεβάζεαδς	26
Subsellia	206.222	T	
Successorem mittere	41	Tabelle in urnam mitte-	216
Subscribere causam	8	bantur clam	134
Substituere	191	Tabellaris sententia	135
Suffragia uocalia & tabel-		Tablinum	267
laria	134	Tabule domesticae	135
Suppilare	26	Tabule duae iudicibus dae	69
Supprimere	77	bantur	195
Surrepere	88	Tabularij	135
Susceptor	130	Tabularium	194
Sycomorius	22	ταμίας σιτολόγοι	253
Συγκακρυκόν	134	Tapetes, tapetia	150
Συγκακρούρημα	26	τάξις	158
Σύγκλυδες	274	τήβεννα	ibidem
Συγκροτήρ	83	τήβεννη	16
Συλαγωγός	25	τέχνασμα	230
Συλαῦρ	26	τεχτονική	225
Συναλλάττειν	250	τειχοποιία	156
Συνάλλαγμα	ibidem	τέλειον	293
Syndici	198	τελώναι	269
Συνδικεῖρ	199	τηλόθερ	211
Syndicia	ibidem	Tempora dicēdi libera	164
Συνέδειον	129	Tessera hospitalis	23
Συνηγορεῖρ	149	Testimonium denūciare	62
Συνηγροικόν	222	Testium rogādorū mos	183
Συνίσαδς	83	τεταγμένοι	243
Σύνοικοι	274	Tetraetericus	76
Συνοικία	ibidem	Theligona	172
Συντάττειν	189	θεραπευτήρες	

Thesth

I N P O S T. A N N O T.

Thesthetha	223	Veredus	86
θλαδία	264	Veruactum	251
θρίγκωσις	256	Vestibulum	275
τιμήματα	101	Veterinarij	230
Toga	154.157	Viatores	276
Toga candida, palmata, pi-		Victimarij	232
cta	159	Vigintiprimi	224
Toga praetexta	156	Vigintiuiratus	ibidem
Tōga militis & toga pura		Vindico	16
155.1		Virgilij locus	67
Togiti	154	Virilis animaduersio olim	74
τοιχα γυαλί	26	in uxores	181
τ. rare	267	Vitis Centurionum	159
τόξονα	269	Vlixes stolidatus	215
Tribunorum militum offi-		Vndecimviri Athenis	140
cium	180	Voluntarium exilium	202
Tribunus plebis	20	Vrna iudicialis	52
τριώβολον	151.213.222	Vsurarum lex	240
Triumviri capitales	215	Vtensilia	168
τρώξιμη	268	Vua edulis & cibaria	66
Turba unde	13	Vxor iusta	In uxores uirilis animaduer-
Tyrbe	ibidem	sio	74
Tyrones fori	156		
V			
Valerij locus	158	X	
Valetudinarij	230	Xenoparochi	195
Venenata medicamenta		Z	
75		Zygostrate	128

tt 4